20305/C

E.IV
18/b

50

ABRAHAMI KAAU BOERHAAVE

MEDICINAE DOCTORIS,

ANATOMES ET PHYSIOLOGIAE PROFESSORIS,

ACADEMIAE SCIENTIARVM PETROPOLITANAE *MEMBRI.*

HISTORIA ANATOMICA
INFANTIS,

CVIVS PARS CORPORIS INFERIOR MONSTROSA.

PETROPOLI,

TYPIS ACADEMIAE SCIENTIARVM,

MDCCLIV.

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

CELSISSIMO,

ILLVSTRISSIMO, EXCELLENTISSIMO,

DOMINO

CYRILLO

COMITI

DE

RASVMOWSKY

PRAEPOTENTI MINORIS RVSSIAE

HETMANO,

IMPERATORIAE MAIESTATIS

CVBICVLARIO,

ACADEMIAE SCIENTIARVM PETROPOLITANAE

PRAESIDI,

LEGIONIS PRAETORIAE ISMALOVENSIS

PROTRIBVNO,

ORDINIS RVTHENICI S. ANDREAE ET S. ALEXANDRI,
VT ET POLONICI AQVILAE ALBAE, NEC NON HOLSATICI
S. ANNAE

EQVITI,

DOMINO GRATIOSISSIMO

Abrahamus Kaau Boerhaave.

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

CELSISSIMO,

ILLVSTRISSIMO, EXCELLENTISSIMO,

DOMINO

CYRILLO

COMITI

DE

RASVMOWSKY

PRAEPOTENTI MINORIS RVSSIAE

HETMANO,

IMPERATORIAE MAIESTATIS

CVBICVLARIO,

ACADEMIAE SCIENTIARVM PETROPOLITANAE

PRAESIDI,

LEGIONIS PRAETORIAE ISMALOVENSIS

PROTRIBVNO,

ORDINIS RVTHENICI S. ANDREAE ET S. ALEXANDRI,
VT ET POLONICI AQVILAE ALBAE, NEC NON HOLSATICI
S. ANNAE

EQVITI,

DOMINO GRATIOSISSIMO

Abrahamus Kaau Boerhaave.

Digitized by the Internet Archive
in 2018 with funding from
Wellcome Library

https://archive.org/details/b30409494

ILLVSTRISSIME PRAESES
DOMINE GRATIOSISSIME.

Eruditorum choro, cuius Praeſidium es et dulce Decus, TVO adſcriptus ſuffragio, vt pars quantulacunque ſymbolum conferam ad ſcientiam, quae ſui docet cognitionem corpoream, TIBI inprimis ſtudiorum meorum debeo rationem.

Proprii itaque inſtituti, meique laboris fructum, benigne, quaeſo? accipias, TIBI inſcriptum, CELSISSIME COMES, hoc ſolo titulo, vt exſtet, et poſt fata perennet, obſeruantiae, debiti honoris, reuerentiae, ſed inprimis animi mei in TE grati, monumentum publicum.

Hoc mihi vnice in votis, qui praeterea nihil affecto. Patrocinium etenim

pro opuſculo non implorabo, gnarus, hoc in ſe ipſo ſtare, vel cadere. Nec fauorem captare ſtudeo, TVVM poſſidere non modo confido, ſed certus ſum: vtque apud omnes Bonos, inprimis apud TE, MAECENAS OPTIME, eundem bene merendo comparare et ſeruare conatus fui, conor, et conabor ſemper.

Tempora TVA, melioribus ſacra, non vltra morabor, ILLVSTRISSIME PRAESES, quam vt, redituro, quo Publica res, Imperii commodum, Honor et Dignitas, TE reuocant PRAEPOTENTEM HETMANVM, millenis pro ſalute TVA, pro incolumitate Celſiſſimae TVAE Domus, publice nuncupatis, addam hoc Horatii votum.

Quocunque loco fueris, vixiſſe libenter, TE *dicas*!

Petropoli $17\frac{8}{2}54$.

LECTVRO AVCTOR.

Erat olim monſtrorum ſors iniquior, cum vana ſuperſtitio et opinio peruerſa, ipſis firmata legibus, mali ominis portenta aeternis damnabat tenebris, crudeli piaculo in ipſa ſpirantia graſſata. Hinc, quantum ſcio, non exſtat antiqua valde de illis annotatio Anatomica. Hodie vero lux aeui melior rerum ſigna et euentum a cauſa inquirit, atque ita ab inani terrore et metu peruerſo, in multis, liberat, nec ſolos, harum ſcrutatores. Occurrunt igitur inter rariora male formatorum collectiones, atque horum diſſectorum proſtant hiſtoriae, incitante rei curioſitate Viros in arte dexterrimos. Dolemus tamen, inter paucas has, plerasque, nimis cito de internis ſollicitis, Indagatoribus minus accurate exponi. Dum ergo obſeruata mihi in hac Infante trado monſtroſa, ſimul ſimpliciſſimum conor dare exemplar accuratiſſimae deſcriptionis Anatomicae in omnibus, quae a naturali conformatione aberrant. Moles li-

belli

belli parum, materiae grauitas, labor operis, quandoque et taedium, inde plus augentur. Perbelle hoc intelligunt, qui ſimile quid ſuſcipiunt. Sunt quippe incognita, fere in omnibus, poſteriora, noſcenda tamen, antequam de prioribus certi et tuti iudicamus: haeremus ergo ambigui, donec et illa rite ſunt examinata. Nemo muſculorum, tendinum, tendinearum expanſionum hiſtoriam [ortum ſcilicet, ſitum, decurſum, finem, directionem] rite et fideliter exponet, nemo ignarus haec omnia tuto et concinne addiſcet; niſi perſpectis prius, oſſium figura, connexione, articulatione, flexura, eorumque ſulcis, eminentiis, aſperitatibus, quibus illa oriuntur, inſeruntur, per quae decurrunt et iuxta quae diriguntur, attente notatis. In bene formatis, ex corporibus diuerſis collecta haec inter ſe comparantur, atque ita deinde ordine diſponuntur, vt exſurgat, a poſterioribus ad priora, doctrina partium generalis. In monſtroſo autem omnes, quae

figura

ſigura naturali aberrant, notandae ſunt partes omnino ex vno eodemque corpore: vnde priores repetiti, cum poſterioribus paſſim ſunt comparandi labores. Hoc *et mihi contigit. Vidi etenim, poſt ablata integumenta communia, in foetus huius abdomine, lumbis, et vtroque corporis latere, muſculos aliis ſuppoſitos, naturales caeterum, parte tamen infima a figura conſueta alienos, vel truncari, vel ſequi extenſos oſſium deformatorum declinationem et intorſionem praeternaturalem. Vidi in femore locari, quibus tuto non auſus fui conſueta addere nomina, multosque ibidem deſiderari. Vidi alios duplices, vti per dextrum et ſiniſtrum femur decurrunt, eosque naturales; in quibus tamen hoc mirum, quod illi, qui, reſpectu corporis, ad anteriora locandi ſunt, haereant in parte poſteriore, et vice verſa.* Truncandi *hi erant, facie illorum prius ad rei veritatem expreſſa, vt iterum ſubſequentes notarentur, eadem adhibita cautela, ac illi, auferendi; donec tandem*

ad lumbos intorſio, in pelui oſſium concretio, atque mira hic concretorum diſpoſitio manifeſta ſit: vtque in femore et tibia, naturali articulo iunctis, appareat talis inuerſio, qua priora illorum poſteriora trunci corporis reſpiciunt. Tum demum notaui, oſſa haec, quaſi ex duobus iunctis, concreta deſtruxiſſe, qui interne locantur, muſculos; in coalitum traxiſſe propriae concretioni appoſitos, denique iis peperciſſe integris, et iuxta ſe inuicem eos collocaſſe, qui a concretione liberi ſunt in vtroque femoris latere medio et externo: ſic potui tandem accuratiori examine notare horum omnium ortum, decurſum, directionem, inflexionem atque inſertionem, comparando nudata oſſa, horum inaequalitates, aſperitates, ſulcos, extremitates, cum illis partibus iterum, quas prius examinatas in muſculis et tendinibus, quousque conſpectus liber datur, fideli figura exprimi curaueram, appoſitisque certis characteribus notaueram, vt labili facile memoriae tuto ſuccurratur. Ita ex hiſce

hiſto-

hiſtoriam oſſium, et muſculorum deinde, in partibus deformatis, concinnaui, et quae vidi, trado. Fuit in reliquis obſeruatio minus operoſa et labor magis facilis. Fuiſſet et idem in illis haud ita taedioſus, ſi continuo opere eſſet abſolutus. Sed quoties a medio hoc diſtractus, et in aliud tempus differre coactus, iterum de nouo millenas paſſus interpellationes, ab inceptis deſiſtere debui, atque partibus proſpicere, vt ipſe habitus maneat inuiolatus. Quanta vero in tenerrimis opus eſt ad hoc cautela, inter examen ipſamque harum delineationem, incommoda docet ab exſiccatione contractio, inprimis hiſce in locis aëre calefacto, occluſa poſt combuſta ligna fornace. Non interim omnis temporis dies, vel omnis diei hora, denique non omnis Artificis ad hoc opus apta manus. Rari quippe ſunt, qui delectantur incognitis, et poſt moram ſquallidis et ſemiputridis, delineandis partibus, inprimis ſi accedunt inſuper memorata incommoda, quorum forſan recenſione extollere

 videor

videor labores, quos ideo enumero, vt, ſi quid obſcurius vel minus concinne expreſſum ſit, ratio pateat, quam in figuris ſemper habui in rerum facie, quam in artificioſis adumbrationibus, priorem; vtque venia detur facilior, ſi quandoque minus placens Romanis auribus abrupte haec ſcribentis prodeat ſtylus. Optima et tota quandoquidem diei parte miſeriis aegrotantium tributa, inter obrepentem ſomnum haec, et alia, concinnans, felices ſaepe praedicaui Auctores illos, qui otio beati, et ſeceſſu abundantes, obſeruata ſua redigendo, digerendo, perpoliendo, concinnant: nec quorum de die non ſolum, ſed ſera veſperi, media ipſa nocte, et ſub galli cantum, conſultor oſtia pulſans incepta cogitata perturbat.

Si attamen non diſplicent, quae trado, operae praetium et laboris taedium ſatis ſuperque compenſatur; imo vero calcar erit, vt, quae ex aliis monſtroſis obſeruata comparo, nactus ad hoc otium, citius edam. His interim fruere, mi Lector, et Vale!

HISTORIA ANATOMICA

INFANTIS, CVIVS PARS CORPORIS INFERIOR MONSTROSA.

CAPVT PRIMVM

HISTORIAM NATIVITATIS, VITAE, MORTIS, ET FIGVRAE EXTERNAE, DESCRIBENS.

Die XXV Decembris Anni MDCCXLVII in *Alt Fiekel*, praedio prope Reualliam, pertinente ad Nobiliſſimum Dominum Adſeſſorem *Uxkull*, Infans nata eſt, poſt diſſectionem inuenta pertinere ad ſexum ſequiorem, vnde in deſcriptione paſſim foemininum nomen imponimus, cuius pars corporis inferior monſtroſa, ex Parentibus ruſticis, qui robuſti, aetatis integrae, fruebantur ſanitate perfecta.

Patris nomen eſt *Letti Rhein*. Mater, altera vice grauida, per debitum tempus, foetum hunc vtero geſtauit, atque eundem maximis cruciatibus et dolore enixa eſt, immemor, ſibi aliquid inſolitum, toto grauiditatis tempore, accidiſſe, aut vllius ideae, quae validam menti fecit impreſſionem.

Vixit Infans perfecte viginti quatuor horas integras, atque omnia ſigna recens nati hominis exhibuit, caput, brachia, manus, mouendo, reſpirando, atque vagitu, more infantum, eiulando; dumque aliquid liquidi propinabatur, illud auide aſſumſit et deglutiuit. Breui autem

ante mortem ex ore effluxit paululum liquoris mucoſi, ſubrubelli, fere ſanguinolenti, quem deinde ſecutus eſt humor mucoſus albeſcens.

Mortua, niue inuoluta, delata eſt Reualliam, atque ibidem ſpiritui frumenti immiſſa, cura Poſſeſſoris praedii, vna cum data deſcriptione natiuitatis, vitae, et mortis, miſſa eſt Petropolin ad Illuſtriſſimum Academiae Scientiarum Praeſidem, cuius auctoritate data mihi eſt prouincia, inſolitum Naturae ludentis inquirendi effectum.

In genere noto, foetum hunc eſſe valde tenerum, et ex puſilliſſimis [quoad partes ſanas naturaliter diſpoſitas] qui debito tempore, vtero geſtati, in lucem prodeunt. Vnde dubito valde, an mater iuſtum geſtationis, poſt conceptum, computum iniuerit? Oſſa capitis aliaque comparando cum iis, quae poſſideo ex foetu ſeptimeſtri, et cum Albinianis ex eodem delineatis, ſaltem cum hiſce conueniunt.

Conſpectus corporis externi hic fuit.

I. Caput magnum, naturaliter, vt in rite formato, ſano, recens nato, Infante diſpoſitum. Palpebrae, Os, clauſa. Nares, Aures, Crines, perfecte naturales, absque vllo vitio.

II. Collum naturale.

III. Pectus latum, robuſtum, toroſum: in hoc mammillae, vti in recens natis eminere ſolent, eleuatae, naturales, ſuis inſtructae papillis.

IV. Abdomen latum, toroſum, ſupra vmbilicum naturale. Vmbilicus, medio ventre, ſuo loco exſurgens. Abdomen infra vmbilicum ſolito gracilius, contractum

magis,

magis, anguſtius ad Ilia, ſenſim arctatum inferiora verſus, hinc ambitu ſuo pyriformem figuram efformans. Diſtantia vmbilicum inter et ſcrobiculum cordis, maior, longior, latior. Vmbilicum inter et locum, quo terminatur inferius abdomen, et mox memoranda VII informis Appendicula exſurgit, minor, breuior, anguſtior.

V. Humeri, Brachia, Manus, Digiti, omnia naturaliter diſpoſita.

Hinc a parte anteriore corporis externi, eademque laterali, a vertice ad regionem vmbilicalem, nihil monſtroſi percipitur; neque eſt aliquid praeternaturale in artubus ſuperioribus notandum, a parte anteriore.

VI. Occiput, Ceruix, Humeri, Dorſum, Lumbi, Brachia, Manus, Digiti, digitorum Vngues, naturaliter diſpoſita omnia, robuſta, toroſa, lata.

Hinc, a parte poſteriore corporis externi, eademque laterali, a vertice ad nates, nihil monſtroſi percipitur; neque eſt aliquid praeternaturale in artubus ſuperioribus, a parte poſteriore.

VII. In parte anteriore, inferiore, pubes et inguina abſunt: ſed eodem loco, quo in rite formato corpore, in vtroque ſexu, ſupra coniunctionem oſſium pubis ſuprema pars monticuli Veneris eleuata, ad latera in inguina deſcendit: ibidem, in hoc corpuſculo, notatur leuis inciſura, figurae fere, qualis eſt ad digitorum articulos in cute interna. Haec marginem inde facit, poſteriora verſus deſcendens, atque ſenſim magis lateſcit profundior, ſicque, in ambitu poſteriora verſus notabilior facta, cingulum format. Atque hoc quidem loco, quo oſſa in-

 nomi-

nominata caeterum peluim efficiunt, et partes illorum ſuperiores, quae oſſa Ilium dicuntur, ad vtrumque latus, ſuis inſtructae Muſculis, ad poſteriora, deinde lateralia et anteriora, latam baſin corporis trunco ſuppeditant, et ſupra ſe extenſum abdomen inferius ſuſtinent, ibidem iam hoc in ouatam figuram auguſtatur ex ambitu ſuo dictum inciſurae marginem verſus, ſub Iliis etiam, ad latera, et in ambitu, lumbis exceptis, molle.

VIII. A parte poſteriore corporis externi, ibidem partium deformatio incipit, quo loco infra lumbos, nates naturaliter caeterum protuberant. Ibidem etenim tota inferior pars corporis complanatur, atque deinde ſiniſtrorſum flectitur, reſpectu trunci, ad angulum fere rectum. In illa autem flexura, et infra eandem, nates quidem leuiter protuberant, ſed compreſſae et planae figuram ſolitam vix prae ſe ferunt; et quidem eſt ab illa inflexione natium dextra, inferior, notabilior, magis extenſa, quam ſiniſtra, quae ſuperior, plus contracta, minor eſt et curtior.

IX. Interſtitium nates inter, quod illas ad infimam oſſis ſacri partem incipit diſtinguere, adeſt quidem, ſed transuerſum, atque cum perinaeo ſiniſtrorſum diſponitur: ambo, a compreſſione partium et planitie, lineam magis, quam profundius interſtitium exhibent, quae a rugis lateralibus ex cute leuiter complicata, hinc inde ramoſa eſt. Locus autem, quo anus aperiri deberet, non percipitur, neque intra leues rugas aliquid diſtinctum, multo minus perforatum, pro illo animaduertitur. Eo autem loco, quo anum inter et pubem, ſcrotum in puero extenditur a poſteriore, in puella labia pudendi conniuent,

niuent, inciſura cutis prius VII iam notata, ab anteriore in orbem ducta, profundior lateſcit, et cinguli circulum poſteriorem perficit.

X. In parte anteriore, media, infima, abdominis, ſupra inciſuram VII tactu ſentitur durum prominens, vt naturaliter coniunctio oſſium pubis.

XI. In parte poſteriore, ſupra nates deformes, tactu percipitur ſpina dorſi vltimis lumbis flecti dextrorſum, atque ibidem eminere durum, vt oſſis veſtigium; ad latera vero omnia mollia ſunt, nec eſt vllum eminentium oſſium Ilium indicium VII. Infra lumbos in natibus adeſt mollior durities, preſſui digitorum cedens, prementis digiti veſtigia retinens, vt a ſubiecta pinguedine, duriuſcula, poſt mortem frigore condenſata, his in partibus, fieri ſolet.

Hinc tactu aeque, quam viſu apparet, peluim a naturali ſtatu decedere; qualis autem ſit deformatio, definire impoſſibile eſt.

XII. Ex toto ambitu inferiore marginis cutis quaſi inciſae VII, ipſi continua, adeoque ex media infima trunci parte, protenditur Appendicula, ſiue Cauda, informis, vnica, craſſa, ad ortum contractior, lateſcens deinde, teres, ſenſim iterum inferiora verſus gracilior, inaequali, rugoſa, flaccida, cute, mollis, quae quatuor circiter pollices Rhenolandicos longa, cruris vnius quodammodo, ſed indigeſtam, deformem, figuram refert, dextrorſum leniter inclinata: cui iterum continua mobili articulo adeſt minor et gracilior Appendicula, in anteriora et leuiter dextrorſum flexu eleuata, pedem fere referens, qui rudis, informis, indigeſtus, ex lato in valde angu-

ſtum apicem extenuatur, nullis interſectis digitis diſtinctum, nec vngue ornatum.

XIII. In Appendicula maiori, ortu praeternaturali ita exſurgente, per attactum percipitur haerere intus, oſſeum, teres, durum. An vnicum, vt Femoris? an duplex, vt in Crure? Ob mollitiem, craſſitiem et flacciditatem partium circumpoſitarum non rite diſtinguendum, nullo, niſi ſupra ad ortum ſuum, infra ad Appendiculam minorem, articulo mobile.

XIV. Articulus ſuperior, ad ortum maioris Appendiculae e medio infimo trunco, ſinit hanc moueri antrorſum, retro, et ad latera oppoſita, atque motu continuo in orbem ita, vt extremo inferiori Coni baſin deſcribat. Eſt interim, quorſum inclinatur, dextrorſum mobilior, quam ad ſiniſtra.

XV. In Appendicula minori ad maioris extremum inflexa [notata iam figura praeternaturali, digitorum et vnguium diſtincta abſentia XII] notabile itidem eſt durum oſſeum, quod intus tactu diſtinguitur in apicem valde extenuari, atque cum mollibus adhaerentibus non male figura ſua externa roſtrum coruinum refert. In parte poſteriore, reſpectu trunci, eademque ſuperiore, vbi cum Appendicula maiori XII articulatur, ſentitur oſſeum hoc pluribus conſtare fruſtis elaſticis, ſupra ſe inuicem mobilibus, numero et figura incertis. An ſunt rudimenta tibiae et fibulae? an patella? an potius tarſus? Sentitur, et apparet externe, quidem iuſta quaſi calcanei figura, ſed motus eſt, ac in illo, manifeſtior. Eſt praeterea in cute ad latus ſiniſtrum externe leuis eminentia et profunditas, vt a Talo ſubiecto. Porro ad extremum dictae minoris Appen-

Appendiculae cutis leuiter inciditur, diſtincte bipartita. An ſunt rudimenta digitorum?

XVI. Appendicula haec minor flectitur articulo ſolum mobili antrorſum et parum oblique dextrorſum, id eſt ſurſum et in latus dextrum, neque contrario motu extenditur, vt cum Appendicula maiori XII lineam rectam efficiat, niſi per vim externam. Tum vero ſentitur mobile, durum, elaſticum XV, a poſteriore altius adſcendere ſupra extremum inferius Appendiculae maioris, atque cutis ibidem rugas notabiles contrahit, dum ab anteriore parte plana extenditur ad articulum.

XVII. Longitudo Infantis eſt, a vertice menſurando ad extremum caudae praeternaturalis XII, pollicum Rhenolandicorum 13. A vertice autem ad vmbilicum $8\frac{1}{2}$, ab vmbilico ad caudam extremam $4\frac{1}{2}$. Ergo deficit circiter vna quarta pars totius longitudinis, quae eſt, ab vmbilico metiendo, dimidia circiter inferioris.

XVIII. Cum interim in ea extremitate [quam paſſim Appendiculam vel Caudam nominaui] praeternaturali vnica ſit modo ad ortum ex infimo trunco, altera ad pedem inflexum articulatio, deficit in tota vna inflexio, adeoque vel Femur, vel Crus, vel Pes abeſt, vel latet horum rudimentum in ſegmentis tactu diſtinguendis inter, et ad extrema Appendiculae maioris et minoris XV, vbi articulantur.

XIX. Haec eſt, ad externam faciem, monſtroſae Infantis corporis conſpectus; neque ad habitum externum vlla reſtat ſexus definitio, quoniam nec genitalia protuberant, nec in hoc corpuſculo dimenſio locum habet, quae caeterum in foemina ambitum peluis ad circumferen-

tiam

tiam pectoris notat, vt tria ad duo, dum in mare thorax tres partes habet, peluis duas: vnde illius ad inferiora corporis truncus diuergit, huius contra conuergit.

XX. Vt ergo omne dubium tollatur, atque mira partium deformatarum hiſtoria innoteſcat, opus erat diſſectarum inquiſitione. Hanc impetratam attentiſſime peregi, laetus abſolui, accurate deſcripſi. Inquiſiui non ſolum in partes, quas ludens Natura deformat, ſed ſimul in illas, quas iuxta modulum efformauit, vltimas tamen vix, niſi vbi opus eſt, in tranſitu attingo.

CAPVT SECVNDVM

CONSPECTVM PARTIVM DEFORMATARVM, POST ABLATA INTEGVMENTA, EXHIBENS.

Circumciſa prius cute vmbilici, ad decuſſim deinde diſſecui abdominis integumenta, tendente ſimul ſectione orbiculari per lumbos. Haec a ſubiectis ſeparata inueni naturalia, deturpante ſolum in altero latere leui putredine colorem. Caeterum opima pinguedo ſanam implebat cellulosam, vt in recens natis ſolet, granulatim appoſita. Diuiuſcula haec, ſquammatim a poſterioribus aggeſta, cutim eleuabat ſulco diſtinctam, atque ita efficiebat leuem natium eminentiam VIII. Fuit autem cutis ab hac, huius a ſubiectis facillima ſeparatio, per quam neque apparuit ani apertura, neque in parte anteriore genitalium protuberantia ſexum diſtinxit; ſequioris tamen ſuſpicionem dabant leuia filamenta per muſculi abdominis

minis Obliqui Externi vtriusque tendineas fiſſuras dimiſſa, quae in tenuiſſima fila diſperſa inter pinguedinem ſenſim euaneſcebant.

In Pectoris muſculis nihil apparuit culpandum: in abdominis vero deſcribenda lateralis extenſio, atque inde orta deformitas: vnde illud inferne ouale, magis ſolito, anguſtatur (a), oſſium Ilium abſentia etiam ad latera molle. Linea alba, vt ſolet, ſupra vmbilicum latior (b), infra eundem exilior (c), ad infimam Abdominis partem, vbi caeterum pubes, et iam durum etiam quid prominet (d) euaneſcit ſupra exortum muſculorum femoris vnius (e). Eſt et ortus muſculorum Rectorum abdominis inde, atque transparentia naturalis (f), vti in illorum hiſtoria patebit. A parte autem poſteriore, ablatis integumentis, capitis, colli, ſcapularum, dorſi, muſculi examinati naturales apparent: in lumbis ſequuntur oſſium intorſionem: in parte inferiore corporis multi deficiunt: vt in his omnibus, a femore et crure etiam ablatis integumentis, ſequens facies.

a Tab. VIII. c d g h i γ δ ζ η θ ι
b Ibid. A B
c Ibid. C D
d Ibid. Q
e Ibid. a α
f Ibid. k κ

Colli, Dorſi, Lumborum, vertebrae faciunt [vti naturalis eſt in recens nato infante eius diſpoſitio] ſpinam ſua gibba parte extrorſum incuruam. Lumbi autem ſub dorſo in arcum flectuntur dextrorſum, deſinente illorum extremo maxime incuruato in apicem rotundulum, parumper eleuatum, qui tactu elaſticus, vt cartilago, percipitur, preſſu introrſum adactus, reſilire (a). Sub finem vero ſpinae ita inflexae, quo loco caeterum os ſacrum deſcendit inter oſſa Ilium, ad latus eiusdem ſiniſtrum, quod iam ab inflexione infimum eſt, firmiter annectitur preſſu introrſum mobile, ab eodem liberum, nec

a Tab. III. Fig. 5. Tab. V. VI. VII. S

B concre-

b Ibid A A B B C C. concretum, ſed reſiliens, ſcutum (b), partem perfecte poſticam et infimam trunci, ſub lumbis, obſidens et tegens, coecum plane ab hac parte, nec vllo loco perforatum. Scutum hoc oſſeum figura externa ita eſt ouale, vt latitudo altitudinem parum excedat. Eſt parte ſua poſtica c Ibid. A A (c) leuiter concauum, vt ex centro compactiore, conchae inſtar, in ambitum ſenſim elatiorem ſimul et craſſiorem exſurgat ſuperne et ad latera; inferne vero in acu- d Ibid. c c tum extenuetur marginem (d). Ambitus ſuperior et lateralis oſſeus cruſtatur limbo cartilagineo, vtrimque lato e Ibid. B B et plano, ſuperne rotundulo (e). Hic ad latera deſcen- f Ibid. C C dens, inferne ora (f) obtuſa, craſſa, rotunda deſinit. Ambitus vero inferior ab vna ora ad alteram cartilagineam valde extenuatur, et totus oſſeus procedit, in ſe- g Ibid. c c milunam concauam (g) exſciſſus. Vnde ex figura patet, ſcutum hoc oſſeum vna cum limbo ſuo cartilagineo ad habitum externum fere referre partem ſuperiorem coxarum, quam os Ilium dicunt, ſupra acetabulum femoris, quale hoc in recens natis ora ſimili cartilaginea ſuperne et ad latera ambitur [A]; inferne vero ſolo oſſeo margine ab oſſe Iſchio diſtinguitur [B], ſupra cartilagineum ambitum acetabuli.

Ora autem cartilaginea ſuperior, parte ſui dextra dimidia, annectitur imis inflexis lumbis, intermedio articulo et ligamento, vti poſtea patebit: atque inde extra vltimum notatum apicem lumborum ſtatim declinare incipit. Quae vero, ab attactu lumborum libera, ſiniſtra eſt

[A] Albini Icon: Oſſium Foet: Human. Tab. IX. Fig. LXVII. P. Human oſteogeny By Robert Nesbitt. pl: V. Fig. I. d. d.
[B] Albinus Ibid. ſupra d. e. Nesbitt. Ibid. e.

eſt orae cartilagineae extenſio, prius horizontaliter parum, deinde declinata procedit, mox deſcendens: vnde huius, quam in dextro latere, ſuperficies ſuperior rotundula duplo fere maior eſt, et plana a poſteriore: cum naturaliter oſſa Ilium, hoc loco cum ſacro articulata, parte ſua poſtica ſuprema gibba et aſpera vtrinque extra commiſſuram eminent, atque ita ſcabra inaequalem ſuperficiem praebent, aptiſſimam, vnde ligamenta firmantia procedunt, quaeque commodiſſime ortum dat initio illi tendinoſo, quod muſculus Latiſſimus dorſi atque Sacro-lumbalis cum Longiſſimo dorſi commune habent [A]. Hoc hic notamus imprimis, vt poſtea cognoſcatur ortus muſculorum, qui, deficiente iam inaequali hoc et accliui prominente ad poſteriora ſpatio, ſcuti oſſei dicta exporrecta compenſatione vtuntur, ſed plana ad latera infimorum lumborum, quae maior ad ſiniſtra, quam ad dextra eſt. Hinc principia muſculorum, quam caeterum ſolent, magis plana, et in ſiniſtro, quam in dextro latere, latiora notantur.

Ad partem lateralem inferiorem ſcuti dicti oſſei, vbi ora cartilaginea obtuſa vtrinque deſinit, tactu percipitur durum et immobile, oſſeum, ſub mollibus adhaerentibus profunde procedere, leuiter decliue, et introrſum anguſtius. Hoc ad anteriora iterum lateſcens ad infimam et mediam Abdominis partem, oſſium pubis inſtar, vbi haec ſynchondroſi ſub monticulo veneris iunguntur, protuberat (h), vbi Linea alba [vt iam in eius deſcriptione monitum eſt] terminatur (i): ſuperne vero

h Tab. VIII Q.
i Ibid. D.

[A] Albini Tab. Anat; C: H: Sceleti 2da. h ψ ω.

ro ad eius latera muſculi Recti abdominis ortum capiunt naturaliter (k): et inde Femoris muſculi oriuntur inferne (l).

In concauitate ſcuti oſſei a poſteriore nulli locantur muſculi: tenuiſſimae tamen fibrillae ſupra perioſtium texunt faſciam tendinoſam. Oriuntur illae ex proceſſibus, quas Aponeuroſes vtriusque muſculi latiſſimi dorſi et abdominalis externi obliqui huc extendunt. Fibrae ſuper-tenſae locantur maxime transuerſae, atque hinc inde interſperſas habent carneas tenuiſſimas, vix, niſi ſpecillo, conſpicuas aut diſtinguendas: ad marginem vero inferiorem, et ad obtuſas cartilaginei ambientis limbi oras, magis colliguntur, atque ibidem continuatae cohaerent cum vagina tendinea, quae cruris muſculos ambit, vel potius eiusdem fibris tendineis, diu diſtinctae manentes, interferuntur. Supra hanc faſciam locabatur duriuſcula pinguedo, quae, iam prius VIII notata, nates leuiter protuberare facit.

Ex toto ambitu anteriore, laterali, poſteriore, infimae trunci corporis partis, per muſculos annexum, prominet vnicum ſimplex, femur (a), et illi articulatum, et articulo flexile, Os Tibiae (b), itidem ſimplex, ſuis ornatum muſculis, et in apicem rotundum, obtuſum, cartilagineum (c), definens. Patuit iam viſu aeque, quam tactu, ſed imprimis flexura Tibiae, ratione corporis antrorſum, Os femoris haerere inuerſum ita, vt latus eiusdem poſterius anteriora et oblique dextrorſum, anterius vero poſteriora et ſiniſtrorſum reſpiciat, ratione trunci corporis: contrarium vero obtinet, ratione ſui et articulatae Tibiae: atque ad hanc intorſionem locantur muſculi. Praeterea, quod elaſticum, integra femoris cute, mobile

k Ibid. n ν
l Ibid. a α

a Tab. V. a c γα Tab. VIII. α a
b Ibid. F Tab. IX. Fig. 2 AB
c Ibid. G

mobile et glabrum mentiebatur figura ſua calcaneum XV, iam patella figura errans apparet, cui inſerti a ſuperiore muſculorum tendines, ab inferiore tibiae ligamenta; hic bina (d). d Tab. V. &. VI D. E.

Muſculorum ergo in trunco infimo extenſorum, atque in crure peculiaris diſpoſitionis daturus hiſtoriam, deſcriptionem inchoare cogor, vbi inquiſitiones finiui; oſſium ſcilicet a naturali aberrans exhibenda eſt figura, atque eorundem inter ſe deſcribenda coniunctio, vt melius intelligantur ea, quae in muſculis deformantur, atque in his, et in cauitate abdominis inferiore, deficiunt. Hoc ſi minus clare a mea parte fit, habeo, quo me conſoler, quod nempe in cauſa ſit ipſius rei deſcribendae aeque mira implicatio, quam mei exponentis et deſcribentis culpa.

CAPVT TERTIVM

IN PARTIBVS DEFORMATIS OSSIVM HISTORIAM DESCRIBENS.

Capitis oſſa omnia, tam ad figuram, quam ad coniunctionem et articulationem, ſunt, vt in foetu recens nato ſolent, naturalia. Figura et numero conſtant colli et dorſi vertebrae. Scapulae deinde, clauiculae, humerorum, brachiorum, manuum, digitorum, oſſa nihil praeternaturale exhibent. In his omnibus ergo haud vltra moror.

In thorace vero notanda erat in vtroque latere prima, ſiue ſuprema coſta. Haec quidem capite, vt ſolet, inſignis (a), mobili articulo inhaeret a Tab. III. Fig. I. a α

 ſinui

ſinui, quem corpus dorſi vertebrae ſupremae ab vtroque
b Ibid. d. δ. latere habet, ligamento ambiente firmata (b), atque proce-
dit poſteriora verſus lata, iuxta proceſſum vertebrae
c Ibid. b. β. transuerſum (c), illi iuncta in parte extrema anteriore
capitulo ſuo, quod poſticum aeque, ac anticum, leui
d Ibid. a d b c. α δ β γ. cartilagine cruſtatum, per ligamentulum retinetur (d).
Inde vero, vbi coſta incurua flectitur antrorſum in
e Ibid. c e. γ ε. arcum deſcendens (e), ita vtraque extenuatur, vt
mox abeat in ſpinam tenuiſſimam valde breuem, fine
f Ibid. e. ε ſuo aculeatam (f), quae deficiens, nec ad ſterni cartilagi-
nem exporrecta, inter muſculos a contextu celluloſo
g Ibid. α γ ε. ſuſtinetur. Eſt hoc in ſiniſtra (g), quam in dex-
h Ibid. a c e. tra (h), coſta magis euidens: illa etenim pollicem Rhe-
nolandicum circiter longa eſt, haec illius dimidium.

a Ibid. f. ζ. Secunda vero coſta, vtrinque naturaliter articulata (a),
b Ibid. g. η. procedit oblique deorſum ad anteriora (b), atque ver-
c Ibid. Fig. 3. ſa in cartilaginem (c), oſſis ſterni ſinui ſecundo (d) inſerta,
d Ibid. K. M. L N. ab hoc ſuſtinetur, viciſſim eundem retinens: ſicque
fungitur munere coſtae primae.

e Ibid. Fig. 1. p. q. π. ρ. Tertia autem et quarta coſta (e) capite cartilagineo
ſinubus, qui fiunt vtrinque ex coniunctione ſecundae cum
f Ibid. h. θ. tertia (f), tertiae cum quarta (g) vertebra, mobilis in-
g Ibid. ι ι. articulata, mox, vbi inde procedunt, confluunt, ipſo
confluxu leuiſſimum ſinum faciunt, concreſcunt, tam
h Ibid. k l. κ λ. capite cartilagineo (h), quam corporis ex eo proceden-
i Ibid. m n. tis oſſeo initio (i). Eſt autem haec coſtarum oſſea
k Ibid. m n. μ ν. concretio in dextro (k), quam in ſiniſtro (l) latere
l Ibid. μ ν. magis euidens: in hoc enim, mox, poſt coalitum, ite-
m Ibid. π ρ rum diuergunt coſtae (m), concretione oſſea interme-
dia valde ad extremum ſuum extenuata, et quaſi in lu-
nulam

nulam exſciſſa (n). In dextro vero latere lamella oſſea, n Ibid. v
coſtas iungens (o), fere harum tertiam longitudinis partem o Ibid. m n
emenſa, extenuatur, et extremo itidem in lunulam
exſciſſo (p), deſinit. Inde euenit, vt neruus, qui ex p Ibid. n
medulla ſpinali ortus, tranſit foramen, quod ex coniunctione tertiae cum quarta vertebra oritur, in ſiniſtro latere parum antrorſum inflexus, poſt coniunctionem coſtarum procedat; in dextro vero eadem ratione ortus peruadat foramen, quod rotundum pro eius tranſitu, capitibus coſtarum proximum, in media lamella (q) ad- q Ibid. o
eſt. Caeterum coſtae hae, vbi liberae ſunt, naturaliter diſtant, ad, et a ſe inuicem, immobiles, atque extremis ſuis in cartilagines verſae, (r) articulantur ab vtraque r Ibid. Fig. 3 P R U W.
parte cum tertio et quarto ſinu (ſ) oſſis pectoris. Quaenam ſ Ibid. O Q T V
hoc loco fuerit muſculorum facies, praeteruidi: tum demum oſſium informi notata figura, cum illos, poſt diuturnam partium inferiorum examen et delineationem, putridos abſtulerim. Reliquae coſtae fuere naturales.

In ſterno notabile erat, quod os primum ſiue ſupremum, quod Triangulare vocant, adhuc, vt ſolet in recens natis, cartilagineum (a), nucleo oſſeo eius medium a Ibid. Fig. 3 A A B C D
obſidente (b), in ſupremae partis (c) angulo vtroque E F H
naturaliter ſulcatum (d), clauiculam ſuſtinet, atque, b Ibid. B c Ibid. C
mox infra hos ſulcos, vtrimque exporrigit cartilaginem d Ibid. D E
teretem, qualis eſt vtriusque coſtae ſupremae fere naturalis, niſi, quod emenſa inde leue ſpatium, truncetur (e). Eſt ſiniſtra cartilagineo ſupremo ſterno continua, e Ibid. G I
atque ibidem ex latiori baſi (f) gracilior ſenſim procedit f Ibid. F
horizontaliter, atque leuiter incurua, poſteriora verſus, et breuior, quam dextra, deſinit in apicem acu-

tum

g Ibid. G tum (g). Dextra vero, a ſterno disiuncta, ſulco ſupremo inſiſtens, cum eodem articulatur, ope ligamenti h Ibid. H firmata (h): deinde, longior, quam ſiniſtra cartilago, accliuis verſus poſteriora tendit, atque apice obtuſo deſii Ibid. I nit (i). Vtraque inter muſculos in celluloſo tegmine libera eſt. Caeterum ſternum eſt naturale, niſi quod a dextro ſex modo, a ſiniſtro ſeptem, recipiat cartilagines, a quinque in illo, a ſex coſtis in hoc latere, dum ſuperiores liberae ſunt. Simile quid obſeruaui nuperrime in optime formato robuſti viri caeterum corpore, vbi in latere ſiniſtro ſeptimae coſtae cartilago non ad ſternum pertingebat, ſed, vt ſolet ipſam tangere octaua, ſic illa ſextam attingebat [A]. In lumbis, vt et in parte corporis trunci infima, quae peluis dicitur, mira fuit et confuſa diſpoſitio, tam ab intorſione, concretione, defectu, quam partium a naturali aberrante figura; vnde metuo valde, vt omnia haec tentans exponere, minus intelligar; quod tamen vt fiat facilius, quaedam nota praemitto.

Spina dorſi in foetu modo formato iam vertebris diſtinctis conſtat, primo formationis tempore totis cartilagineis. Partes praecipuae anteriores, quas corpora vertebrarum dicunt, per lamellam flexilem, ſubſtantiâ ſingularem, magis, quam ipſa cartilago, elaſticam, intermediam, iunguntur. Oſſeſcunt deinde, vbi Embryonis corpuſculum increſcit, vertebrae tribus locis diſtinctis, corpore nimirum, et proceſſibus ad vtrumque latus foraminis magni (B): remanente ſingulari intermedia cartilagineo

(A) Vid. obſeruation: Anatom: noſtram, Comment: Nov: Petropolit: Tom: II. inſertam: pag. 259.

(B) Albini Icon: Oſſ: Foet: Humani, pag. 53. Tab. VII. Fig. LII. LIII. LIV.

gineo - elaſtica ſubſtantia, increſcente et firmiore reddita. Haec oſſificatio in foetu, tertio menſe a conceptu, in corpore vertebrae iam manifeſta eſt [A]. Quo vero magis a conceptu diſtat, eo plus, oſſe increſcente, cartilaginis abſumitur: vt in foetu maturo nucleus medius in corpore vertebrae oſſeus [B], et latera iam oſſea [C], ſolideſcant, atque maximam vertebrae partem ſimul conſtituant. In vertebra autem cartilaginea tota, partim deinde oſſea, partim cartilaginea, proceſſus obliqui adſcendentes et deſcendentes vtrimque adſunt, adeſt et in poſteriore parte ſpinae rudimentum, ibidem cartilagineum, quod ſegmenta oſſiculorum lateralia, a poſteriore media parte, coniungit, tum temporis magis planum [D], quam deinde oſſeum in adultiore: hoc deinde ſenſim, dum homo increſcit, abſumpta cartilagine, cum reliquis vertebrae partibus increſcens, oſſeſcit, concreſcit, et ſimul in ſpinam excreſcit. In noſtro autem foetu partes, quae lumborum vertebras partim oſſeas, partim cartilagineas, naturaliter conſtituunt, adſunt quidem, ſed propter intorſionem a figura ſua et naturali coniunctione aberrant, inprimis in latere ſiniſtro et poſteriore.

Corpora vertebrarum lumborum primae, ſiue ſupremae,

(A) Human Oſteogeny by Rob. Nesbitt p. 108. pl. IV. Fig. XII.

[B] Confer Albini Icon: Oſſ: Foetus Humani Fig: LII. ε. LIII. u. LVII. d. LIX. a. Et Human Oſteogeny by Rob. Nesbitt PL: IV. Fig: 1. et Fig. 10. a.

[C] Albin: Ibid. Fig. LII. η. θ. LIII. x. LIV. η. θ. LVIII. e. f. g. LVIII. et LIX. h. i. k. l. Nesbitt loc. cit: PL. IV. Fig. 5. a. Fig. 6. a. c. e.

[D] Albin: Ibid. Fig: LIV. λλμμν. LVIII. p. q. Nesbitt loc. cit: Fig: 5. 6. d, et Fig. 7.

a Tab. III. Fig. 4 A mae, (a) ſecundae (b) deinde, ac tertiae (c), figura pla-
b Ibid. B ne in hoc foetu conſtant, qualis illis eſt in maturo
c Ibid. C naturalis. Tertiae tamen latus inferius (d), quo lamellae
d Ibid. C D. ſubſtantiae cartilagineae ope intermedia (e) iungitur cum
e Ibid. 4
f Ibid. a d vertebrae quartae latere ſuperiore (f), declinat dextrorſum; quorſum quartae latus ſuperius itidem obliquum tendit: vnde et lamella intermedia iungens, preſſa quaſi inter has duas ſuperficies, ſequens obliquitatem, in dextra
g Ibid. a C (g), quam in ſiniſtra (h), ſui parte itidem contractior eſt:
h Ibid. d D et hinc Lumbi dextrorſum caui, incurui ſiniſtrorſum. Latus autem vertebrae quartae inferius non diſtinguitur a quinta per memoratam ſubſtantiam ligamentoſo - cartilagineam
i Ibid. δ elaſticam intermediam: ſed nucleus oſſeus quartae (i),
k Ibid. ε concreſcens plane cum granulo oſſeo quintae vertebrae (k), conſtituunt ſimul vnum corpus continuum oſſeum, ſolidum, ſuperne latius et obliquum, inferne conniuens; ab omni ambitus latere obductum lamella cartilaginea, quae, centrum oſſis verſus ſenſim extenuata, deliques-
l Ibid. a b g. k. c. cit (l). Ab hoc deliquio in corpore vertebrae anteriore oſſeus nucleus a cartilaginea lamella nudus paruulis fora-
m Ibid. δ ε minulis in ſuperficie perforatus, ſpongioſus eſt (m). Partes autem laterales binarum vertebrarum iuxta proceſſus transuerſos anteriores, totae cartilagineae, vtrimque confluunt, vti corpora vertebrarum oſſea, atque cingentis corporum oſſeorum concretorum latera lamellae cartilagineae continuae ſunt. Vtrimque ex hoc confluxu oritur columnula, rotunda a parte anteriore, teres, decliuis, parumque antrorſum prominens. In dextro latere columna haec, quam in ſiniſtro, maior: primo etenim recta deſcen-
n Ibid. a e f dit (n), deinde flexa antrorſum et ſimul ſiniſtrorſum ad

angulum

angulum rectum, leuiter incurua (o), ad mediam, dimidiam, anteriorem, inferiorem partem nuclei oſſei vertebrae quintae cum quartae oſſeo concreti procedit, atque ſeſe inclinans verſus columnulam ſiniſtram (p), [mox deſcribendam] hanc leuiter tangit. Inde iterum flectitur ad angulum rectum interiora et poſteriora verſus (q). Ambitus huius columnae totus, anterior ſcilicet lateralis externus, et interior ſiue ſiniſter, introflectitur ſub nucleo oſſeo, qui vertebrarum communis partem maximam dextram et dimidiam anteriorem efficit (r). Columnula autem ſiniſtra, orta ex confluxu partium anteriorum, quae in binis vertebris lumborum inferioribus cartilagineae, proceſſus transuerſos formant (s), procedit lata itidem et teres anteriora et inferiora verſus, atque oblique dextrorſum inclinatur (t) ad columnae dextrae partem inferiorem (u); hanc autem ad partem lateralem ſiniſtram attingens flectitur ipſa parum dextrorſum (v) primo, et ſurſum deinde (w), atque ita ab hac parte deſinit. Vbi autem in anteriore deſinit, ibidem introrſum et ad poſteriora flectitur inferne, atque ita alteram infimae ſuperficiei vertebrae partem, ſiniſtram nempe (x), efficit. Vbi vero flectitur columnula vtraque, ibidem efficit mucronem anticum cartilagineum rotundulum, leuiſſime prominentem (y) et inclinatione ad alteram, atque deinde attactu, ſinum haud valde profundum conſtituit (z). A flexura autem columnae dextrae ad anteriora ſiniſtrorſum (aa), a flexura ſiniſtrae ad poſteriora et leuiter exteriora, ſiue ſiniſtrorſum (bb), formatur in vtroque latere foramen ouale, cuius pars inferior latior, ſuperior acutior eſt, vt ita ad figuram triangularem accedant (cc). Per haec foramina neruus validus vtrimque

o Ibid. e. f. g

p Ibid. k. l.

q Ibid. & Fig. 7. g

r Ibid. Fig. 7. g h f f

s Ibid. Fig. 4. d. k. l. m. n.

t Ibid. d k

u Ibid. g

v Ibid. k l

w Ibid. l m

x Ibid. Fig. 7 l m p

y Ibid. Fig. 4 h. g. l. m

z Ibid. g. l.

aa Ibid. e. f. g.

bb Ibid. d. n. m.

cc Ibid. o. p.

 ex

ex fine medullae ſpinalis vna cum arteria et venula procedens tranſit, qui deinde ſub Pſoa muſculo decurrens ad eiusdem medium emergit, atque iuxta latus eiusdem internum ad femur pergit, ibidem in ramos diſſiliens, qui per muſculos et partes circumpoſitas diſperguntur.

A parte Lumborum poſteriore, quatuor ſuperiorum vertebrarum partes oſſeae laterales [A] a dextris vix quidquam culpandum exhibent, niſi numero modo quatuor diſtinctae leuem ab inclinatione intorſionem (a) In latere vero ſiniſtro ſuprema lumborum vertebra, praeter naturam, gaudet duplici parte laterali ſupra alteram orta. Superior omnibus ſubſequentibus minor (b). Inferior magnitudine naturalis, a figura conſueta aberrat (c). Minor ex ſiniſtra ſuprema parte laterali vertebrae corporis praeter naturam; maior ex media eiusdem altitudine naturaliter procedit. Vtraque deſcendit poſteriora verſus. Minor, ſenſim latior facta, ora infima in cartilaginem extenuata, inſiſtit inferiori parti lateris interioris, quod hic ſuperius flectitur, proceſſus Maioris, quam ſolet, figura magis rotundi. Hic ſenſim latior, introrſum flexus, parte media laterali ſiniſtra, ſiue externa, attingit iterum ſuperius, medium dextrum, ſiue internum, latus particulae oſſeae lumborum vertebrae ſecundae (d). Primae autem lumborum vertebrae partes laterales oſſeae, deinde ſecundae, non iunguntur, vti ſolent in foetu, per diſtinctas a poſteriori interiectas cartilagines, quae ſpinae rudimenta continent [B]; ſed a ſiniſtro

a Ibid. Fig. 5 B. C. D E

b Ibid. F.

c Ibid. G.

d Ibid. H.

[A] Confer in ſtatu naturali Albini Icon: Oſſ: Foetus Hum: Fig LIV. η. θ. et Human Oſteogeny by Rob: Nesbitt PL: IV. Fig. 7. et Fig. 6. a a.

[B] Albin: Ibid. μ. λ. γ. Nesbitt Ibid. f. f. d.

ſiniſtro tres (e), a dextro duae (f), inter ſe glutinantur vnica, inordinata, ex confluentibus nata, cartilaginea expanſione (g). Oritur haec primo a margine inferiore cartilagineo ſuperioris, ſiue minoris proceſſus lateralis primae lumborum vertebrae (h): deinde a latere inferiore dextrorſum et ſuperius inclinato toto eiusdem inferioris ſiue maioris (i): tertio, a toto ambitu laterali interno et inferiore partis lateralis et poſterioris vertebrae ſecundae (k). In latere vero dextro naturaliter initium capit a latere inferiore ſolo partis lateralis vertebrae lumborum primae (l), et a parte laterali interna ſola vertebrae ſecundae (m), latere vero infimo (n) et ſupremo (o) libera eſt. Sic naſcitur vnica extenſio cartilaginea, oſſium extremis continua, excepto latere ſupremo et infimo, et proceſſus lateralis dextri vertebrae lumborum ſecundae inferiore: caeterum inter illa inſinuata, atque horum figurae accommodata, ſeptem laterum inaequalium (p). Tertiae autem vertebrae pars lateralis ſiniſtra (q) in cartilaginem (r) continua iungitur per eandem cum inferiore latere partis vertebrae ſecundae lateralis dextrae (s). Idem obtinet in quartae vertebrae parte ſiniſtra (t) cum dextra tertiae (v). Quintae vero vertebrae pars lateralis ſiniſtra (w) inſiſtit oblique latere ſuo infimo, margini, ſiniſtro, laterali, ſuperiori, adhuc cartilagineo, ſegmenti oſſei poſterioris, quo ſiniſtrorſum inferius et poſterius eadem vertebra continuatur (x). Et pars lateralis dextra vertebrae quartae (y) poſteriorem partem oſſeam quintae vertebrae (z) a latere ſuperiore (aa) tangit. Quinta autem ſiue lumborum vertebra infima, valde peculiaris, ſpinae canalis extremum obturans, eundem ambitu ſuo terminat.

e Ibid. F G H
f Ibid. B C
g Ibid. b c d e. f. g.
h Ibid. b
i Ibid. b c
k Ibid. c d
l Ibid. g f
m Ibid. f e
n Ibid. d e
o Ibid. b g
p Ibid. Fig. 6. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7
q Ibid. Fig. 5 I
r Ibid. i
s Ibid. C
t Ibid. K k
v Ibid. D
w Ibid. L
x Ibid. P Q R S
y Ibid. E
z Ibid. M N T
aa Ibid. N.

*Ibid. Fig. 4. δ ε Huius [vt antea * notatum eſt] corpus in parte priore cum quartae vertebrae corpore oſſeo penitus in vnum concretum, a lateribus, et in parte poſtica, tamen ab eodem diſtinguitur per ſulcum transuerſum, in ſiniſtro profundiorem et latius diſtantem, latiſſimum et profundiſſimum a poſteriore, quem, nondum in vnum coalitum, implet ſubſtantia, qualis inter reliqua vertebrarum corpora cartilagineo-ligamentoſa adeſt, eadem iungens. A parte autem laterali, ſiniſtra, ſuperiore, mox infra ſulcum hunc diſtinguentem, illi con-
bb Ibid. Fig. 6. L tinuus eſt proceſſus lateralis iam deſcriptus (bb). Infimo autem extremo, ibidem rotundo, cartilagineo, nu-
cc Ibid. Q cleum oſſeum medium inueſtiente (cc), poſteriora petit, contracta et in media ſui parte, quae lateralis ſiniſtra
dd Ibid. R eſt, exſciſſa, adeoque extenuata (dd) atque iterum ad poſteriorem et lateralem partem ſiniſtram nodulo rotundo
ee Ibid. S cartilagineo (ee) prominet. Eſt hic nodulus, qui extra articulationem cum ſcuto oſſeo exporrectus, attactu intropreſſus, reſilit elaſticus [A], et a quo poſtea apparebit, in dextro latere concauo, in ſiniſtro conuexo, muſculos oriri. Vbi autem proceſſus ex corpore vertebrae reflectitur ad poſteriora, ibidem foramine perforatur pro
ff Ibid. P tranſmittendis vaſis (ff). Huius autem vertebrae latus ſuperius concauum, vbi ambitu ſuo ad poſteriora flectitur,
gg Ibid. Q L notabiliter oblique adſcendit (gg), proceſſum lateralem
hh Ibid. L (hh) ſuſtinet, et apice rotundo ſupra terminatur. Latere autem ſuo externo dextro obliquo ſegmenti maioris latus poſterius ſiniſtrum tangit ſupra et infra, media ſui parte in lunulam exſciſſum, quae foramen iterum rotun-
ii Ibid. T dum, ab hac parte medium (ii), format, pro tranſmittendis

[A] Vid. pag. 9.

tendis vaſis. A parte autem dextra eiusdem vertebrae corporis deficit, qualis in ſiniſtra adeſt, proceſſus dictus lateralis; ſed e corpore proueniens proceſſus oſſeus, tenuis, ipſi per totam altitudinem continuus (kk), ad angulum rectum ſtatim flectitur ad poſteriora (ll), ibidemque abit in operculum figurae trilaterae, cuius baſis eſt latus inferius horizontale, bina reliqua oblique aſcendentia (mm). Exciſſa quaſi cauantur haec latera, atque ſiniſtrum, ſiue interius, a ſiniſtri ſegmenti latere dextro ſuperne et inferne tactum, media ſui parte liberum, arcum hic, iam deſcripti foraminis (nn) facit. Latera porro triangularis huius ſegmenti, vbi angulos conſtituunt, ſe inuicem attingunt, et in arcum flexa apices formant rotundos, atque interne extenuata et exciſſa foramen rotundum (oo) iterum in medio efficiunt pro transmittendis vaſis. Vidi poſtea, et hoc ſegmentum trilaterum conſtare duobus fruſtis, quorum maius et latius inferius (pp), minus, lunae creſcentis formae, ſuperius (qq) eſt, quorum deinde cornua, ſibi inuicem oppoſita, vtrimque ſemicirculi extenuati peripheriam deſcribunt, et iuncta foramen rotundum (rr) formant, introrſum ad angulum valde obtuſum preſſa et conniuentia.

[kk] Ibid. U
[ll] Ibid. M. N
[mm] Ibid. M. N. U. T.
[nn] Ibid. T
[oo] Ibid. O
[pp] Ibid. M
[qq] Ibid. N
[rr] Ibid. O

Superficies tandem infima, plana, irregularis, coeca, finem ſpinae canalis obturans, vti ipſa vertebra, in duas partes diuiditur, quarum dextra, maior, latior, magisque prominens, ante ſiniſtram partem exporrigitur (a). Siniſtram vero minorem et graciliorem (b) dextra quaſi amplectitur, per latus eiusdem ſiniſtrum leuiter exſciſſum. Ambae hae ſuperficies totae cartilagineae ſunt, glabrae, et

[a] Ibid. Fig. 7. a. g. h. f f U M
[b] Ibid. l m p Q R S

et politae renitentes, eminentiis et profunditatibus inaequales, quae articulum his praebent cum ſcuto oſſeo ſuppoſito.

Superficies partis dextrae maior et latior, anterius ex columna dextra maiori (c), et a latere dextro, ex ipſius vertebrae corpore (d), a poſteriore vero, ex ſegmento maiori poſteriori (e) eiusdem, continua ad angulum rectum, introflectitur (f). Superficies partis ſiniſtrae minor, ſimili modo, ex columna ſiniſtra minori (g), et latere ſiniſtro corporis vertebrae (h) et ex ſiniſtro eiusdem ſegmento poſtico (i), horizontalis procedit reflexa (k).

Superficies partis maioris iterum ex duobus fruſtulis conſtat coniunctis, quorum anterius maius (l) ex columnula dextra et latere dextro corporis vertebrae, poſterius minus (m) ex ſegmento vertebrae poſteriori dextro prouenit, plana ad ſe inuicem accedunt, atque deinde iunguntur (n). Fruſtulum maius, anterius, dextrum, quodammodo quadrilaterum eſt, lateribus et angulis ita inaequale, vt, quod anterius eſt, latus conuexum et minus (o), dextrum deinde ſiue exterius (p), conuexum et maius. Interius vero ſiue ſiniſtrum (q), concauum et maius. Poſterius (r) tandem valde concauum in lunulam exciſſum, et minus, ſit.

Fruſtulum minus, poſterius, dextrum, etiam quadrilaterum eſt, reflexum a ſegmento maiori, dextro, poſteriore, vltimae vertebrae: latus ſuum poſterius (s), deinde etiam exterius ſiue dextrum (t), conuexa habet; ſiniſtrum vero, ſiue interius (u), concauum eſt: quartum (v) autem, quo maioris fruſtuli lateri poſteriori opponitur, exſciſſum

c Ibid. & Fig. 4. h
d Ibid. f f
e Ibid. & Fig. 5. M
f Ibid. M d e.
g Ibid. & Fig. 4. l m
h Ibid. m
i Ibid. & Fig. 5. Q R S
k Ibid. l m p Q R S
l Ibid. a b c
m Ibid. M d e
n Ibid. b d. c e
o Ibid. h
p Ibid. f f
q Ibid. g c
r Ibid. b c
s Ibid. M.
t Ibid. U
u Ibid. e
v Ibid. d e.

et

et extenuatum eſt. Ab hac autem extenuatione et exſciſſio-
ne, quae in vtriusque fruſtuli latere oppoſito, poſteriori,
obtinet, vtrinque prominent cornua (w), quae w Ibid. b c. d e
ſibi inuicem appoſita, iunguntur per ligamentulum: hinc
leniter mobilia, medium circulare foramen (x) efficiunt, x Ibid. n
per quod vaſa et nerui tranſeunt. Efficit ſic maius fru-
ſtum partem anteriorem dextram et mediam dimidiam,
maximam; fruſtum vero minimum, partem dextram
poſteriorem, dimidiam minimam ſuperficiei inferioris vl-
timae vertebrae. Dumque ambo haec fruſta excauantur
leniter a latere interno ſiue ſiniſtro (y), ſiniſtrae ſuper- y Ibid. g c a
ficiei a parte dextra (z) circumponuntur et eandem am- z Ibid. l. S
plectuntur.

Fruſtum maius in latere priori ad angulum inter-
num, ſiue ſiniſtrum, vbi antrorſum et leniter deorſum
extra partem ſiniſtram exporrigitur, et ſuperius columna
maior antrorſum et ſiniſtrorſum incuruatur, exſurgit in
nodum rotundum, qui ex latiori baſi totus cartilagineus
prominet et in marginem circularem et acutum (aa) ele- a a Ibid. i
uatur, qui ſenſim introrſum deinde excauatur, atque ſinum
profundum (bb), acetabuli inſtar, efficit, qui partem b b Ibid. k
ſuperiorem, globoſam, leui cartilagine cruſtatam (cc) ſpi- c c Tab. IV. Fig. I. l
nae, quae latior ex media interiore parte ſcuti oſſei ex-
ſurgit, recipit, atque cum eadem per veram arthrodiam,
articulatur, quam articulationem firmat capſula ligamen-
toſa, vtriusque margini [acetabuli nempe et capituli promi-
nentis] inſerta. Latus interius ſiue ſiniſtrum, excauatum, tan-
git partis ſiniſtrae latus dextrum, atque ante hoc parum
prominet. Vbi tandem poſteriora et oblique ſuperiora

D petit

petit hoc fruſtulum, contrahitur, lateſcit autem, vbi cum minori poſteriore iungitur.

Columnula anterior ſiniſtra (dd) et latus corporis vertebrae ſiniſtrum (ee), fruſtulum deinde eiusdem poſterius minus (ff), reflexa ad angulum rectum, inferne vna efficiunt ſuperficiem partis minoris infimam (gg) in vltima vertebra. Haec anterius (hh) et poſterius (ii) lata, in medio (kk) contrahitur. Latus vero huius dextrum, ſiue internum, (ll) gibbum eſt, et attingit ſiniſtrum concauum latus (mm) maioris. Eſt ſuperficies haec infima inaequalis, primo capite oblongo, transuerſo, medio ſinuato (nn), in parte anteriore, ſub priore parte columnae ſiniſtrae (oo). Deinde ſinu, pone hoc, profundo (pp), qui iterum ad poſteriora eleuatur in apicem oblongo rotundum, transuerſum (qq), qui ſurſum reflectitur et continuus eſt ſegmento ambienti vltimam vertebram, minori, ſiniſtro, et poſteriori, quique eminet extra articulationem cum ſcuto oſſeo elaſticus (rr). Tota autem haec infima ſuperficies, caput, ſinus intermedius, et apex, politiſſima, elaſtica, ſplendentia, cartilaginea ſunt. Articulantur autem caput (ss) cum ſinu anteriore (tt), ſinus (uu) cum eminentia (vv), apex (ww) vero cum ſinu poſteriore (xx), qui inaequales adſunt in nodulo iſto, qui cartilagineus eleuatur in ſuperiore, media fere, ſed parum ſiniſtra, parte limbi cartilaginei, quo ſcutum oſſeum circumducitur, per verum ginglymum, quem iterum firmat capſula ambiens ligamentoſa et perioſtium.

dd Tab. III. Fig. 4. k l
ee Ibid. m
ff Ibid. Fig. 5. Q R S
gg Ibid. Fig. 7 i m p Q R S r s t
hh Ibid. l m
ii Ibid. Q R S
kk Ibid. p Q
ll Ibid. g S
mm Ibid. g c e
nn Ibid. r
oo Ibid. Fig. 4 l m
pp Ibid. Fig. 7 s
qq Ibid. t
rr Ibid. Fig. 5 Q R S
ss Ibid. Fig. 7 r
tt Tab. IV. Fig. I. E
uu Tab. III. Fig. 7 s
vv Tab. IV. Fig. I. F
ww Tab. III. Fig. 7. t
xx Tab. IV. Fig. I. G

Omnia haec fruſtula, quae iuncta finem ſpinae canalis efficiunt, ſunt vel tota cartilaginea, vel medium illorum obſidet nucleus, qui rudimentum oſſificationis, vt

in

in caeteris vertebris, efficit. In initio ergo et haec omnia cartilaginea fuerunt, oriente et magis increſcente deinde, quod cartilaginem ſenſim conſumit, oſſeo primordio. Vbi autem tot ſegmenta per latera oppoſita iunguntur, vtrinque extenuantur, in ſemicirculum exſcinduntur, et cornubus inde eminentibus oppoſitis iunguntur; hinc ab hac coniunctione vbique oritur circulus, qui eſt apertura canalis, per quem ibidem vaſa tranſeunt: atque ita compenſatur, per aperturas has omnes ſimul, hiatus, in quem caeterum ſpinae canalis exit in oſſe ſacro poſtico [A]. Apparuit namque poſtea, medullam ſpinalem hic, quaſi truncatam, abire in filamenta, recepto nomine caudae equinae dicta, quae nerui diſtincti ſunt, et per memorata foramina ad partes tranſeunt; quorum bini anteriores, ex ramulis collectis robuſti, ad muſculos Pſoas Iſchiatici tendunt, reliqui minores per vicinas partes diſperſi, ad femur et crus porriguntur, atque muſculis et integumentis proſpiciunt.

Scuti oſſei ſpinae dorſi vltimae ſuppoſiti pars poſterior, iam antea [B] notata eſt: neque, ablatis membrana nerueo-tendinoſa atque deinde perioſtio, aliquid ſingulare notandum apparuit, niſi oſſis nudati (a) fibroſitas, et a foraminulis perforantibus leuis ſpongoſitas; deinde limbi cartilagenei ambientis et nudati ab oſſea ſubſtantia ſponte decidua libertas (b). Pars vero anterior, plana, ſolida, oſſea, leuiter concaua (c), ſuperne et ad latera in ambitu limbi cartilaginei, lati, facie interna coronatur (d), vti poſterior exteriore eiusdem parte circumdatur,

a Tab. IV. Fig. 2. A A.
b Ibid. B B
c Ibid. Fig. I. A A
d Ibid. B B

[A] Confer Albini Tab. II. Sceleti Homin: inter ΔΔΘΛ.
[B] pag: 9. 10.

tur, atque vti ibi, ita hic, ad latera vtrimque in obtu-
e Ibid. & Fig. 2. CC ſum rotundum finem deſinit (e). In parte autem ſupe-
riore, fere media, magis tamen ſiniſtra, huius limbi car-
f Ibid. E F G tilaginei nodus eleuatur itidem cartilagineus (f) a prio-
ri parte gibbus, poſteriora verſus et in medio magis
g Ibid. E eleuatus. Nodus hic in antica inferiori (g), atque in
h Ibid. G poſtica ſuperiori (h) parte ſinum habet leuem, latum,
nec valde profundum, et inter hos medius aſſurgit in eminen-
i Ibid. F tiam transuerſam (i). Sinus autem anterior, maior, ſiniſtror-
k Ibid. E l Tab. III. ſum decliuis medio acuminatus (k) caput (l), ſinus vero pos-
Fig. 7. r m Tab. IV. terior minor, dextrorſum reſpiciens (m), apicem rotundulum
Fig. I. G (n) in ſuperficie inferiore ſiniſtra cartilaginea vltimae lumbo-
n Tab. III. Fig. 7. t rum vertebrae aſſurgentem recipit, eminentia autem inter
o Tab. IV. vtrumque ſinum in nodulo cartilagineo (o) recipitur vi-
Fig. I. F p Tab. III. ciſſim a ſinu, qui profundus eſt (p) in eadem cartilagi-
Fig. 7. s ne vertebrae vltimae inferiore, capitulum inter et apicem.
Limbus autem cartilagineus a latere dextro huius noduli
parum progreſſus deliquium patitur, quaſi exſciſſus foret
q Tab. IV. (q): caeterum, in toto ambitu, latitudine et forma ſibi
Fig. I. & 2. H. ſimilis conſtat. Nodulus autem cartilagineus infra, vbi
os tangit, leniter excauatur atque ſui veſtigium oſſeo mar-
gini ſuccoſo et ſpongioſo, eo loco, imprimit.

*S*cutum oſſeum porro ab anteriore parte fere pla-
r Ibid. Fig. I. AA num, ſed leuiter concauum (r), ſenſim vtrimque in me-
dio eleuatur et per ſui longitudinem aſſurgit in oblon-
gam, craſſam latioris baſeos, oſſeam ſpinam, etiam ex-
s Ibid. I. K. tra eius infimum marginem exporrectam (s). Spina haec
ad latera paruulis foraminulis perforatur, in dextro tri-
bus, in ſiniſtro duobus rotundulis, vix tenuioris acus cuſpi-
dem ad lineam admittentibus, porro caecis, in quae ni-
hil,

hil, niſi perioſtii fibrillas, animaduerti intrare. Diſtant haec foraminula iuſto interuallo. Pars ſpinae huius ſuprema, prominet, lata, eleuata, et quam reliquum os, ſpongioſa magis, leui cartilagine cruſtatur (t), atque ſinui, qui in anteriore et inferiore parte cartilaginei maximi fruſti vertebrae lumborum vltimae, vt acetabulum adeſt, inarticulatur (u). Ab hoc capitulo procedens ſpina, latere ſuperiore, ex initio ſenſim contracto, magis acuto, quo deſcendit, eleuatur et lateſcit, vnde pars eius infima anterior latiſſima, ſimul et altiſſima eſt (v). Haec, extra marginem ſcuti oſſei inferiorem exporrecta, continuatur in cartilaginem, quae, ſtatim latior facta, extra extremum hoc oſſeum, ſurſum et ad latera prominet globoſa, inprimis in parte ſuperiore (w): inde vero lateribus extrorſum, brachiorum inſtar, flexis, antrorſum tendit (x) tota deinde oſſea facta (y). Latera autem haec oſſea ad anteriora coeunt, latum marginem oſſeum anteriorem conſtituunt (z), qui ad anteriora, vbi deſinit ab inferiore cartilagine [mox deſcribenda] reflexa veſtitur (aa). Portiones hae cartilagineae vtrimque reflexae oſſi contiguae, per ſynchondroſin, ad mediam anticam partem, more oſſium pubis (bb), iunguntur. Pars autem inferior et anterior (cc), extra hanc coniunctionem, cartilaginea ſurſum reflectitur; pars autem ſuperior eiusdem cartilaginis, vbi ex oſſe ipſi continua procedit, globoſa, elata, et lata eſt, leniter deinde ad latera contrahitur, in os abit, et decliuis ad anteriora excauatur profunde. Cauitatis huius fundus (dd) altus, ſenſim ad latera adſcendens, formam conchae efficit. Fundus autem per longitudinem in medio leniter in marginem acutum

t Ibid. I

u Tab. III. Fig. 7. k

v Tab. IV. Fig. 1. K

w Ibid. L

x Ibid. MM

y Ibd. NN

z Ibid. S

aa Ibid. OO

bb Ibid. P

cc Ibid. Q

dd Ibid. R

ee Ibid. rr acutum (ee) exſurgit, et antrorſum lateſcens, abit in
marginem oſſeum anteriorem, et cum ſynchondroſi, quae
crura oſſea iungit, inferne confluit cartilaginea a poſterio-
ff Ibid. & Fig. 2 R ri (ff), ſicque determinat vtrimque ſemicanalem, qui
infundibuli inſtar ſenſim contractus, et ad inferiora inte-
gg Ibid. rr ger factus, in foramen rotundum patulum (gg) deſinit.
A parte autem poſteriore, vbi margo ſcuti oſſei in-
hh Ibid. Fig. 2 cc ferior extenuatus atque exſciſſus terminatur (hh), ibi-
dem ex medio huius craſſiſſima pars oſſea antrorſum et
leniter deorſum flexa, decliuis eſt, et inferiorem craſſiſſi-
mam baſin ſpinae, quae per longitudinem mediam in
ii Ibid. Fig. 2 K anteriore parte eminet, conſtituit (ii). Haec ad ante-
riora lateſcens continuatur in cartilaginis a ſuperiore parte
kk Ibid. L iam deſcriptae, ſuperficiem inferiorem (kk), quae hoc
loco diſtinguitur transuerſa in duas cauitates, quarum poſte-
ll Ibid. S aa bb rior quadrata (ll) antrorſum terminatur limbo cartilagi-
mm Ibid. aa neo duas cauitates a ſe inuicem diſtinguente, acuto (mm),
nn Ibid. ab ab ad latera exteriora vtrimque ſimili, ſed magis obtuſo (nn).
A poſteriori vero deſcribitur ſimili limbo cartilagineo,
oo Ibid. bb ex oſſe continuo, ſed latiori ita prominente (oo), vt
fundi pars poſterior ſub eodem latitet. Cauitas autem an-
terior, minor, etiam quodammodo quadrata, latiori
pp Ibid. R baſi in marginem acutum aſſurgente (pp) terminatur, et
media, iuxta longitudinem, diuiditur per mediaſtinum car-
tilagineum, quod baſi latius, ſenſim in limbum acutum con-
qq Ibid. RQ tractum ſurſum, ad partem anticam vsque porrigitur (qq). Me-
diaſtinum hoc baſis inferior eſt ſpinae, quae fundum ſuperio-
rem, per longitudinem diuidit. Hoc cum reliquis lateribus de-
inde infra terminatur vtrimque in infundibulum inuerſum, quod
rr Ibid. rr abit in canalem rotundum (rr), qui in parte ſuperiore ſemidis-
ſectus

ſectus ſemicanalem conſtituit iam [A] deſcriptum : per hos canales vtrimque vaſa et nerui ad femur tendunt, antrorſum vero confluit cum nodulo, qui ante et infra coniunctionem lateralium cartilaginum prominet (ss). Omnes hae partes, tam oſſeae, quam cartilagineae deſcriptae, naturaliter veſtiuntur membrana tenui, forti, continua, ad illas perioſtio, ad has perichondrio; et haec iterum, per tegmen celluloſum, cum adiacentibus partibus nectitur. In parte autem ſuperiore ſuccinguntur a ſuperficie infima peritonaei, quae ibidem in ſaccum coecum terminatur (tt).

s Ibid. Q.

tt Tab. X. 14. 14.

Omnium ſi rite conſideratur facies deſcripta, videtur indicare figuram partium illarum, quae caeterum hoc loco naturales, iam vero deformes, locantur. Spina craſſa oſſea ex media ſcuti longitudine exſurgens (a), vtroque latere paruis, iuſte diſtantibus, foraminulis perforata, nonne eſt oſſis ſacri rudimentum? Latera autem ab hac vtrimque oſſea, plana, extenſa (b), margine cartilagineo ambiente (c) terminata nonne videntur oſſa Ilium imperfecta, adeo quidem vt, deformatione partium, horum defectus inſuper in vnum os continuum, et quidem a parte poſtica planae ſuperficiei (d), confluxerit? Certe decurſus vtriusque muſculi Pſoae (e), atque inprimis ortus Iliacorum internorum (f), affirmare haec videntur. Eſtne porro pars cartilaginea anterior pſeudo-peluis (g)? Et latera antrorſum per ſynchondroſin iuncta (h) ſuntne oſſa pubis? Reliqua vero cartilaginea pars, an eſt Iſchii cum infima oſſis ſacri parte confuſa concretio? An inferioris eiusdem ſuperficiei cartilagineae pars anterior (i) eſt peluis apertura, ſed medio ſepto cartilagineo (k) diſtincta? An cauitas poſterior (l) eſt acetabulum coxae alte-

a Tab. IV. Fig. 1. IK

b Ibid. A A

c Ibid. B B.

d Ibid. Fig. 2 A A

e Tab. IX. Fig. 1. a bc αβγ.

f Ibid. i k ι κ.

g Tab. IV. Fig. I. L M

h Ibid. N N O O P.

i Ibid. Fig. 2 R. rr

k Ibid. R.

l Ibid. S s s b b

[A] pag. 30.

alterum, vel vtrumque confluens et figura peccans? An hoc affirmat os Femoris illi ſuppoſitum, etſi plane ab eodem liberum? atque a margine cartilagineo ortus muſculorum cruris Rectorum (m)?

m Tab. V. c. γ in femore.

Sub Pſeudo-peluis cauo poſteriore haeret os Femoris vnicum (a) ita inuerſum, vt latus poſterius antrorſum et parum inuertatur dextrorſum. Liberum fuit, nec niſi per muſculos retentum. Pars eius ſuperior dimidia gracilior (b), inferior robuſtior et latior eſt (c). Caput globoſum, ſolito minus (d), diſtinctum a corpore ceruicis, intus iam oſſeum, leui cartilagine cruſtatum, politum, non inciditur ſulco, quem caeterum paruum, ſed profundum, habet ab inferiore parte non nihil ſub media ſua conuexitate [A], cui ligamentum teres, ex acetabuli margine externo et cauitate procedens [B], inſeritur, quod hic deſideratur. Deeſt etiam capſula ligamentoſa [C], quae naturaliter ex margine externo acetabuli proueniens, et extremae oſſis femoris ceruici circumnata, articulum firmat. Ceruix breuior (e), quam ſolet, gracilior et rectior procedit, verſa ſtatim in Trochanterem maiorem, totum cartilagineum, oblongum (f), oſſi femoris a parte poſtica adnatum. Trochanter minor deeſt. Ipſum femur leuiter intortum et incuruum procedit, ſenſim intumeſcens, latius, quo magis deſcendit, donec infima, eaque latiſſima parte, externe gibbum (g), interne concauum (h) leuiter, et

a Tab. IV. Fig 3. A.

b Ibid. Fig. 3 & 4. A B

c Ibid. A. C.

d Ibid. B

e Ibid. D

f Ibid. E

g Ibid. Fig. 4. C

h Ibid. Fig. 3 C

[A] Veſalii de Corp: Hum: Fabric: cap: XXX. Fig: Iª. B. Th: Schwencke Haematolog: Tab. II. Fig. 1. B. & 2. P.

[B] Schwencke Ibid. F. 2. I M M M. Weitbrecht Syndeſmologiae Tab: XVIII. Fig. 56. g. h. i. k.

[C] Weitbrecht Ibid. d. d. e. & Fig. 53. b. h. n. i. o. p.

et ſinuatum, tribus lateribus exterius obiter complanatum (i), abit in additamentum cartilagineum condyloſi efformans. Additamentum hoc cartilagineum, vt in recens nato infante, ab oſſe diſtinctum (l) format a latere vtroque condylum magnum rectum, deorſum extra femur exporrectum (m). Figura et magnitudine inter ſe ſimiles ſunt hi condyli, cum caeterum Interior maior, magis obliquus et gibbus: Exterior minor, magis planus et rectior procedat, poſteriora verſus latior [A]. Condyli hi a parte poſteriore, plus ſolito, diſtant (n), vnde ſinus inter hos, et ſuperficies inferior ambitu maior [B] eſt. A parte vero anteriore media, vbi caeterum declinatione ad alterum confluendo in ſinum abeunt amplum et patulum, ad quem et ad condylos, in illorum interuallo patellae pars poſterior gibba, crure extenſo, [C] locatur, iam contrarium obtinet. Senſim enim ſinuata ſuperficie deſcendendo vterque condylus vtrimque ſinum format (o), deinde aſſurgit iterum, atque in antica media parte eleuatus eminentiam conuexam globoſam latam (p) efficit. Haec in ſuperiore, media, anteriore parte rotunda, ad inferiorem plana, magis ſenſim obliqua, poſteriora verſus deſcendit; per medium prominente limbo leuiter diſtincta, inde adaptata hoc loco ad patellam ſinuatam (q) recipiendam et fulciendam. Inferiore autem eademque anteriore parte condylum format tertium (r) inter duos laterales, atque extra eosdem in anteriora prominentem, quo mediae ſuperiori et anteriori parti tibiae, ad

i Ibid. Fig. 4. 1. 2. 3.
k Ibi 1. & Fig. 3. FGHIK
l Ibid. F
m Ibid. G H
n Ibid. Fig. 3. F
o Ibid. Fig. 4. HI. GK.
p Ibid. FIK
q Ibid. Fig. 5. C
r Ibid. Fig. 9. F

[A] Albini Icon: Oſſ: Foet: Human: Fig. 70. f f. Fig. 71. h. h. Human Oſteogeny by Rob: Nesbitt PL: VI. Fig. 1. b b.

[B] Confer Albin: Ibid. Fig. 71. g. i. Nesbitt Ibid. i.

[C] Albin: Ibid. Fig. 70. g.

ad praeternaturalem hunc tertium condylum recipiendum
s Ibid. Fig. 7. & 8. E tertio ſinu excauatae (s), tertio articulo, inſiſtit.

Sub oſſe femoris, eadem ratione inuerſum, et naturaliter per ligamenta annexum, os Tibiae locatur: leuiter hoc inſuper flectitur verſus poſteriora, quod, reſpectu corporis, eſt verſus anteriora et ad latus parum
a Vid. Tab. IX. Fig. 2. A. G. dextrum (a), nec directe ſub femore ſe extendi patitur. Huius additamentum cartilagineum ſuperius oſſi, contiguum, ablato perioſtio ſponte deciduum ſeparatum
b Tab. IV. Fig. 7. & 8. B (b), et ſupremo vertice latum, planum, triangularis obiter ſuperficiei, inſculptos habet tres ſinus, fere rotundos,
c Ibid. CDE ad totidem oſſis femoris condylos (c) recipiendos. Illo-
d Ibid. C D rum duo laterales exteriores maiores inter ſe aequales (d),
e Ibid E ſunt: tertius, inter hos medius, et prior (e), ambitu minor, praeternaturalis eſt: omnes valde leues margine leniter in ambitu elato rotundi, nec valde profundi, ſunt. Hinc ſuperficies ſuperior, anterior, media, additamenti huius cartilaginei prominet plus ſolito, atque hoc ſenſim ad latera anguſtatum, deinde oſſi contiguum illi imponi-
f Ibid. B A tur (f). Os ſuperne latius antrorſum in acumen eleuatur, quo magis deſcendit, eo plus contractum, et ex contractione ipſa a triangulari figura in teretem gracile-
g Ibid. A ſcit (g), donec infima tenuiſſima parte deſinit in apicem rotundulum, paruo additamento cartilagineo, infra glo-
h Ibid. G boſo, ſupra leuiter excauato (h), illi appoſito. Additamentum hoc an malleoli rudimentum? adeoque ad os tibiae pertinet? an Pedis rudimentum aliquod defectu mutilatum? Illud, quam hoc, magis veroſimile videtur, quia peculiari nullo ligamento, ſed ſolo perioſtio et muſculorum vltima et tenuiſſima tendinea expanſione cum extremo oſſe firmatur

matur. Secundo: quia ſuperiori parte excauatum perfecte adaptatur conuexitati ſpongioſae oſſeae, quae in recenti ſanguinolento - ſuccoſa eſt, vti in caeteris apophyſibus cartilagineis cum oſſium eminentiis fieri ſolet.

Fibula nulla, nullus adeſt pes.

Intra oſſis femoris vero inferius, et tibiae additamentum cartilagineum ſuperius, ab anteriore horum parte [quae reſpectu corporis poſterior eſt] locatur Patella ex duobus planis, leuiter quadratis fruſtulis (a), ad angulum interiora verſus valde obtuſum concretis (b), conſtans. Horum vtrumque fruſtulum patella apparet, figura tamen, quam ſolet, magis quadrata, extus (c) et intus (d) gibba, ſuperne minus (e), magis inferne extenuata, tota cartilaginea, ibi muſculis (f), hic ligamento duplici, vtrimque vno (g), inſertis. Superficies interior vtriusque patellae capſulae membranaceae, articulum ambienti, adnaſcitur (h); atque ſuperiori ſui parte locatur dextra (i) in dextri (k), ſiniſtra (l) in ſiniſtri (m) ſinus parte inferiore, qui medius vtrimque, dexter inter medium et dextrum condylum, ſiniſter inter medium et ſiniſtrum condylum, in additamento cartilagineo oſſis femoris inferiori adeſt: neque hunc opplet, negata tibiae ſub femoris extenſione. Vbi autem patellae ad angulum ita obtuſum concreſcunt, ſinum leuem per longitudinem (n), efformant, qui eminenti limbo in condylo femoris tertio medio perfecte adaptatus ab eodem ſuſtinetur (o).

Cartilagines ſemilunares inter femoris cum tibia articulationem hoc loco tres (a) ſunt, augentes articulum ad totidem condylos. Quae media praeternaturalis, reliquis ſimilis, ſed minor eſt, et in ligamentulum itidem

a Ibid. Fig. 5. & 6. AB
b Ibid. C
c Ibid. Fig. 6. AB
d Ibid. Fig. 5. AB
e Ibid. DE.
f Tab. VI. inx.
g Ibid. DE.
h Tab. IV. Fig. 9. AB
i Ibid. Fig. 5. & 6. A
k Ibid. Fig. 4. I
l Ibid. Fig. 5. & 6. B
m Ibid. Fig. 4. K
n Ibid. Fig. 5 C
o Ibid. Fig. 4. F
a Ibid. Fig. 9. DDD.

itidem extenuata mediae anteriori parti ſupremae tibiae, (b) inſeritur.

b Ibid. E

Burſulae ſmegma ſuppeditantes inter articulum etiam ſolitis latiores (c) ſunt.

c Ibid. L M

Os femoris vnicum cum ſimplici tibia per tertium condylum et ſinum articulatum: duplex patella duplici ſinui appoſita: oſſis femoris additamentum cartilagineum inferius, oſſis tibiae idem ſuperius, latiſſima: oſſis femoris et tibiae ipſa directio, ſpeculationem alliciunt de femoris oſſe inferiore, tibiae ſuperiore, et patella concreta, duplici. Si certe femoris os inuertatur dextrorſum, vt condylus medius praeternaturalis reflexum dextrum externum condylum ita tegat, vt ipſe iam in eius loco dexter ſit, tum additamentum cartilagineum vna cum oſſe, femur ſiniſtrum prae ſe fert. Si contra diſponitur ita ſiniſtrorſum, vt condylus medius ſiniſtrum tegat, tum quidem ille internum, dexter vero condylus externum exhibet, et facies oſſis femoris dextri apparet. Idem obtinet in tibia ſi inuertatur, vt ſinus exterior dexter cum medio praeternaturali ita proueniant, vt ſiniſter exterior tegatur, tum quippe os tibiae dextrae pars ſuperior fere naturalis, et ſinus medius interiorem dextri additamenti cartilaginei ſinum depingit. Contrario modo tibia inuerſa, medius ſinus ſiniſtrae interiorem efficit. Et patella cuique ſinui appoſita, illi vero ligamentum ex latere vtroque tibiae duplex inſertum: muſculi deinde femoris duplices parti ſuperiori patellae infixi, haec omnia euidentiſſime in ipſis partibus demonſtrant. In figuris delineatis eadem omnia manifeſta ſunt. Tecto enim oſſis femoris inferioris et additamenti cartilaginei latere dextro (a), vt condylus ibidem abſcondatur, apparet eius-

a Ibid. Fig. 4. I. H iuxta a b c L

eiusdem directio ſiniſtra; tecto vero condylo ſiniſtro et latere oſſis inferiore (b), vt ſolum pars dextra libera ſit, iterum apparet oſſis femoris et additamenti cartilaginei in recens nato directio dextra. Hoc in tibiae oſſe et cartilagineo eiusdem additamento ſimili diuerſa ratione tectis, hoc in concreta patella manifeſtum eſt. His ſi addantur, poſtea deſcribendi, muſculi femoris Recti duplices (a), in vnum concreti Vaſti interni (b), duplices vaſti Externi iuxta oſſis femoris longitudinem anteriorem lateralem locati (c), atque vtriusque patellae ſuperiori et laterali margini horum inſertio (d), deinde ab inferiori eiusdem margine ligamentum duplex ad gracilem tibiam gracilius exporrectum (e), nonne affirmare videntur, os femoris ſupra vnicum, ſimplex et gracile, infra latius et robuſtius, iam ad mediam ſui partem, ſed inprimis infimam, conſtitui ex duobus, ad latus internum ad ſe inuicem acceſſu conglutinatis, a conglutinatione ad alterum, quaſi introgreſſu, concretis femorum oſſibus? vt ita amborum additamentorum pars inferior et interior cartilaginea, qui condylus internus eſt, acceſſu et conglutinatione vnicum medium condylum conſtituat: atque eadem ratione tibiae vtriusque pars ſuperior acceſſu et concretione vnicum medium ſinum ex vtriusque interni confluxu efficiat. Hinc et patella dextra et ſiniſtra, latere interno accedens ad alteram, in vnam concreta videtur, ab altera diſtincta per ipſam concretionem.

b Ibid 3. G iuxta d ef K

a Tab. V. cd e fg. γ δ ε ζ η.

b Tab. VI. K

c Ibid. h. θ

d Ibid i n κ

e Ibid. & Tab. V. A D B E

CAPVT QVARTVM.

IN PARTIBVS DEFORMATIS HISTORIAM MVSCVLORVM ENARRANS.

Muſculorum iam ad partes deformatas exhibiturus hiſtoriam a latere corporis poſteriore, quod iterum repeto in femore et crure eſſe anterius, incipio. Memoranda hic prius eſt, quam antea deſcripſi, articulatio lumborum cum oſſium Ilium concretorum margine ſupremo in latere dextro per ſuperficiem vertebrae infimae poſticam, vt pars elaſtica rotunda emineat leuiter dextrorſum concaua, conuexa ſiniſtrorſum, a qua vtrimque enarrandorum muſculorum principia, poſt ſe inuicem, oriuntur, latiora inde in ſiniſtro, magis contracta in dextro latere [A]: ne repetendo in hiſce moleſtus ſim.

Primo hic occurrit *Latiſſimus Dorſi* ab vtroque latere. Huius, vt notum eſt, in corpore rite formato ortus eſt vtrimque tendo peramplus, qui tectus cucullari a ſupremo, facit caeterum figuram obiter trianguli, quod ſcalenum vocant Mathematici, cuius nempe tria latera ſunt inaequalia. Horum maximum eſt, quo incedit per longitudinem a ſpinis vertebrarum dorſi inferiorum, lumborum et oſſis ſacri omnium ad latus vsque, quo hoc in hiatum patet [B]. Breuiſſimum, quod a proceſſu obliquo, qui eſt a latere dicti hiatus vltimi, in quem canalis ſpinae dorſi exit, oritur acutiſſimo principio, ſenſim ad latus externum adſcendendo latiori [C]. Primo hoc rectum

[A] pag. 22.
[B] Albini Muſcul: Corp: Human: Tab: V. R R S.
[C] Ibid: δ T δ V z.

rectum [D], deinde magis arcuatum et exſciſſum [E], nexum cum muſculi Glutaei magni principio, ſurſum tendit et ſimul extrorſum, atque tandem reflexum finitur in exteriore margine medio criſtae oſſis Ilium [F]. Tertium inter haec longitudine medium eſt latus internum, quo in carnem abit [G], quod acute ortum, vbi breuiſſimum in ſumma oſſis Ilium criſta finitur, oblique ſpinam verſus procedit, et in ſuperiore parte muſculi, ſub cucullari, definit in latus quartum transuerſum [H], quod hic omitto ſupremum, cum ad deſcriptionem noſtram non attineat. In foetus vero huius corpuſculo, cum trunci baſis per concretionem oſſium ilium cum ſacro, et horum ad poſteriora inclinationem, ſimul et ad inferiora depreſſionem, ad latera, altitudinis et extenſionis defectu, tanto minus ſolito ampla ſit, et abſentia horum prominentiae, vbi a latere cum ſacro articulantur, deſtituatur ea longitudine, quae eſt a formato ſinu profundo aſpero inaequali, inter os ſacrum gibbum et prominens os ilium a poſteriore, Muſculus a latere interno, ſpinae proximo, tanto breuior eſt, a latere vero externo tanto plus elongatur, quanto os ilium ad inferiora lateraliter deprimitur. Omnis autem a figura aberratio magis in tendinea, quam in carnea, parte obſeruatur, quam fere naturalem noto, leuiſſime tantum ad inferiora introrſum, id eſt ſpinam verſus, extenſam. Siniſter

---

[D] Ibid: δ T.
[E] Ibid: T δ.
[F] Ibid: a z.
[G] Ibid: z verſus F.
[H] Ibid: Tab: VI. b b.

ſter muſculus oritur primo latere naturaliter a ſeptem ſpinis adhuc cartilagineis, vertebrarum inferiorum dorſi, lumborum omnium, et a margine conuexo prominentiae, quae extra articulationem infimae vertebrae cum ſcuto
a Tab. V. δ ε S oſſeo prominet (a). Secundo, a margine ſuperiore, et in ſuperiore, ab ambitu laterali exteriore, eodemque ſiniſtro, limbi cartilaginei, ſcutum oſſeum circumducti
b Ibid. ε ζ vsque, quo hic arcum deſcribens declinari incipit (b). In hoc ortu totus tendineus eſt: vbi autem infra in latere
c Ibid. ζ η ſcuti oſſei oriri deſinit, tertio latere, paruo, tendineo (c), verſus carnem adſcendit, tegens muſculi abdominis obli-
d Ibid. λ qui externi aponeuroſeos partem poſticam (d), quacum firmiſſime concreſcit. Inde ad angulum, recto, paulu-
e Ibid. η θ lum obtuſiorem, latere quarto (e) ſurſum adſcendit, quod reſpectu ſpinae, externum, et, quam caeterum ſolet, magis rectum, nec ita arcuatum, oblique ſurſum ſenſim
f Ibid. α β contrahitur, donec ſub cucullari (f) abſconditur, atque
g Tab. VI. θ δ ibidem in quintum latus minimum (g) terminatur. Eſt itaque tendinea haec expanſio, quatenus cucullari muſculo ſuperne tegitur, figurae irregularis, quadrilaterae. Omnium horum maximum eſt latus externum, vbi in car-
h Tab. V & VI. η θ nem abit (h), breuius deinde, quo a ſpinis vertebrarum
i Ibid. δ ε dorſi et lumborum oritur (i), tertium illo iterum breuius, quo a margine criſtae cartilagineae ſcuti oſſei pro-
k Ibid. ε ζ cedit (k), quartum eo iterum minus, quod ab hoc
l Ibid. ζ η extremo ſurſum ad carnem tendit (l). Quintum denique
m Tab. VI. δ θ minimum (m), quo ſub cucullari latet. Caro huius
n Tab. V. γ muſculi tendini deſcripto continua (n) vix aliquid praeternaturale habet, niſi quod pars inferior et ſimul interior paululum extendatur, neque ibidem, vt caeterum, ſupra

muſculi

exortum ex criſta oſſis ilium ſolet, inflectatur; hinc ſolito longior, fibris magis rectis, expanditur. Ortus vero a coſtis internus, decurſus et inſertio muſculi, fuere naturales.

In dextro latere *Latiſſimus dorſi* ortu tendineo iterum naturalis procedit a ſpinis vertebrarum dorſi et lumborum (o), atque interne a coſtis, praeterea ex margine dextro, concauo, memoratae in lumbis infimis prominentiae (p), atque deinde gracili proceſſu, tenui, tendinoſo, a limbo dextro cartilagineae criſtae ſcuto oſſeo circumpoſitae (q), vbi illa dextrorſum extra extremos lumbos exporrigitur et deſcendit. Ab hoc loco oblique et leuiter lunatus extrorſum adſcendit (r) ad angulum fere rectum, et cum interno tendinis latere (s) continuatur, quod ſurſum lunato ductu ad ſpinam oblique adſcendit, atque ſe ſub cucullari (t) abſcondens in vltimum latus breuiſſimum (k) terminatur.

o Ibid. d e
p Ibid. e S
q Ibid. e f
r Ibid. f g
s Ibid. g h
t Ibid. a b
k Tab. VI. b d

In parte carnea (l) iterum nihil notaui inſolitum, niſi extenſionem, quam ſolet, longiorem, et hinc fibrarum extenuationem, imprimis vbi in tendineas inferiores continuantur; decurſus et inſertio ſunt etiam in hoc muſculo naturales. Vtriusque autem tendo ibi, vbi ex criſta oſſis ilium cartilaginea oblique adſcendit, et externe in carnem abit, obducens aponeuroſin (m) muſculi obliqui abdominis externi (n), firmiſſime cum eadem concreſcit, fibris inferioribus ita coalitis, vt intertextae videantur, nec cultro quidem ſine laeſione ſeparandae, imprimis in latere ſiniſtro. Eſt et huius muſculi tendinea expanſio ad ambitum inferiorem valde notabilis ab elongatione, qua

l Tab. V. c
m Ibid. l λ
n Ibid. k κ

F ſcutum

ſcutum oſſeum depreſſum ſequitur, vti in eiusdem deſcriptione patet.

Ablata parte carnea muſculi vtriusque latiſſimi dorſi (a), et carnea tendineaque muſculi obliqui externi abdominis (b), vbi a concretione libera eſt, atque relicta tendinea illa expanſione, quacum oritur, vt principio communi (c), cum latiſſimo dorſi a ſpinis vertebrarum dorſi, lumborum, et ab interuallis, quae inter has media ſunt, *Serratus poſticus inferior*, pauca et leuia in hoc muſculo ipſo vtrimque noto inſolita. Caro naturalis eſt, leuiſſime modo interne extenſa (d): orta quippe ex tendinea expanſione (e) ad latus adſcendit, fiſſa in portiones (f) quatuor, vti ſolet, totidem coſtis inferioribus (g) vtrimque, ad marginem inferiorem dorſo proximum, inſertas. Aponeuroſis (h) vero, quae communis latiſſimo dorſi, ſerrato poſtico inferiori, et obliquo abdominis muſculo interno, duplici lamella, ex duplici ortu procedit, a naturali decurſu vtrimque aberrat. Defectu quippe oſſis ſacri, eiusdemque cum ilium oſſibus articulationis, a poſteriore priuatur haec expanſio ea longitudine, quam iam in latiſſimi dorſi tendineo ortu notauimus hoc loco abeſſe. Vbi autem a criſta oſſis ilium cartilaginea in ſiniſtro latere adſcendit (i) cum aponeuroſi muſculi obliqui abdominis externi non amplius concreta, ſub carne latiſſimi dorſi procedit (k), lunatim exſciſſa tendit introrſum, atque mox iterum arcuatim verſus exteriora inflexa, oblique in carnem (l) continua adſcendit ad coſtae infimae partem inferiorem, illi (m) deinde inſerta. Inflexio haec extenſionem naturali longiorem efficit, id autem a defectu lateralis altitudinis oſſis ilium prouenit. Extenſio haec

a Ibid. c γ

b Ibid. k. l. κ λ

c Ibid. & Tab. VI. d e f g h δ ε ζ η θ

d Tab VI. o t ξ τ

e Ibid. l m n o λ μ ν ξ

f Ibid. p q r s. ο π ρ τ

g Ibid. XII. XI. X. IX.

h Ibid. d. e. f. g. h. i. k. v. δ ε ζ η θ ι κ Φ

i Ibid. ζ η

k Ibid. ι ξ

l Ibid. ξ τ

m Ibid. τ

haec eſt maxima in parte iterum tendinea (n), quaedam et in vltima carnea (o), vbi ex tendinea continuatur, inde illa valde tenuis eſt. In dextro vero latere, portio tendinea (p) cum aponeuroſi (q) obliqui interni concreta, vbi libera (r) procedit ab eadem, leuiſſime interne flexa, mox deinde iterum extrorſum tenſa et in carnem (s) verſa, portionem inferiorem ſerrati poſtici inferioris conſtituit. Haec, quam ſiniſtra, breuior, gracilior, ſed ſimul craſſior eſt, et magis, quam illa, obliqua adſcendit, coſtae infimae dextrae (t), ad marginem inferiorem, inſerta.

n Ibid. ι ξ
o Ibid. ξ τ
p Ibid. f g
q Ibid. v
r Ibid. i o
s Ibid. o s
t Ibid. s. t. XII.

Tendinea expanſio, ex lumbis vtrimque duplex procedens, amplectitur et coercet, more ſolito, initium, quo communi oritur longiſſimus dorſi et ſacrolumbalis, deinde vltra id (u) procedens, abit lamella ſua externa in tendinem (v), et hic iterum in carnem (w) muſculi ſerrati poſtici inferioris; lamella vero interna continuatur in aponeuroſin (x) muſculi obliqui abdominis interni (y), in hoc corpuſculo a poſteriore et inferiore parte late extenſam.

u Ibid. i k ι κ
v Ibid. l m n o λ μ ν ξ.
w Ibid. p q r s. ο π ρ σ τ
x Ibib. v Φ
y Ibid. υ ϖ

Sacrolumbalis et *Latiſſimus dorſi* iterum ea caret longitudine extrema, quae gracilis ortu ab oſſis ſacri latere externo ad hiatum, in quem ſpina vltima patet, communi principio tendinea oritur, caret eademque longitudine carnea latiore, qua a criſtae oſſis ilium parte poſteriore, ſuperiore, et interiore procedit. Hinc in dextro, aeque quam ſiniſtro latere, principium horum muſculorum commune (a), latum, amplum, fere rectum et tendineum eſt. In latere autem ſiniſtro iterum expanſio haec tendinea, ob amplitudinem trunci ad illam

a Tab. VII. a c α γ

 par-

partem latior, quam in dextro eſt. Siniſtrum horum muſculorum principium commune eſt acutum ab exteriore et conuexa ſiniſtra parte appendiculae (b) toties memoratae vertebrae lumborum infimae cum limbo cartilagineo ſcuti oſſei articulatae, deinde a parte ſiniſtra cartilaginum trium (c), quae ſpinae rudimentum in ſubſequentibus lumborum vertebris continent: tertio, a limbo eodem cartilagineo interiore criſtae oſſis ilium ſiniſtro (d) ſub exortu tendinis latiſſimi dorſi ad locum, quo criſta haec deſcendere arcuatim incipit. Ortus huius muſculi ab appendicula, a lumbis, a criſta oſſis ilium cartilaginea, totus tendineus eſt craſſusque. Vbi autem in oſſis ilium criſtae ambitu deſinit, ibidem recte tendo (e) adſcendit, tegens aponeuroſin muſculi obliqui abdominis interni (f), quo loco haec a poſteriore cum muſculi eiusdem transuerſi tendine (g) cohaeret. Deinde vna cum reliqua expanſione (h) abit in carnem (i) craſſam, ad latera (k) citius, tardius in medio (l), vbi haec quaſi exſciſſa eſt. A latere autem interno, dorſo proximo, tendinea expanſio continua (m) adſcendere pergit ſpinam verſus, ſenſim gracilior et contracta magis, donec ad ſecundae dorſi vertebrae partem mediam acutiſſima (n) itidem in carnem elongatur. Caro communis (o) ex communi principio (p) continua, antequam infimam coſtam ſuperſcandit, finditur in duas caudas (q), quarum interior, *Longiſſimus dorſi*, (r) iuxta dorſi ſpinam, exterior *Sacrolumbalis* (s), externe et iuxta priorem, ſupra coſtas adſcendit. Horum muſculorum vlterior decurſus, fiſſura ſacrolumbalis in caudas (t), harum iterum progreſſus et inſertio, fuere naturales, vt in hiſce deſcribendis haud vltra morer.

b Ibid. α S.
c Ibid. α β
d Ibid. α γ
e Ibid. γ δ
f Ibid. ο
g Ibid. ξ
h Ibid. α γ δ ε ζ
i Ibid. η θ ι κ
k Ibid. γ δ α ε
l Ibid. η
m Ibid. α β ε ζ
n Ibid. ζ
o Ibid. κ ι
p Ibid. δ η ε ζ
q Ibid. θ
r Ibid. ι
s Ibid. κ
t Ibid. λ λ

Dextrum

Dextrum *Sacrolumbalis* et *Latiſſimi dorſi* initium commune [vt iam monitum eſt] ſiniſtro duplo gracilius eſt: oritur autem primo a latere ſiniſtro trium ſubſequentium cartilaginum poſteriorum (a) , quae quatuor vertebras lumborum iungentes a poſteriori parte ſpinae harum rudimenta continent. Secundo a latere conuexo prominentiae (b) cartilagineae vltimae vertebrae. Tertio a criſtae cartilagineae oſſis ilium dextri parte interiore (c) et ſuperiore, vbi illa dextrorſum incipit declinare poſt exortum tendinis latiſſimi dorſi. Vbi definit tendo, ibidem rectus et leuiter oblique adſcendens (d) cito in carnem abit (e); tendinea (f) prius, deinde et carnea (g) externa parte, iuxta aponeuroſin (h) muſculi obliqui abdominis interni procedit, quia haec ex lamella interiore latiſſimi dorſi, cum aponeuroſi transuerſi (i) abdominis concreſcit, vltra principium commune progreſſa, poſtquam a lumbis veniens hoc, vaginae inſtar amplexa coercuit. Tendo deinde a latere externo infimo (k) citiſſime, vbi vero dorſum verſus (l) procedit, tardius et ſenſim in carnem (m) abit, dumque adſcendit ipſe, conuexus arcum deſcribit dorſo proximus (n), ſurſum iuxta carnem, vti in ſiniſtro latere; atque ſenſim magis et magis gracilior, contractus et acutus tandem finitur in carnem ad tertiae dorſi vertebrae partem inferiorem (o). Communis huius principii continuata caro (p), fiſſura (q) in longiſſimum (r) et ſacrolumbalem (s) [qui lumbalis forſitan potius vterque hoc in corpuſculo dicendus eſt, quia nullus ab oſſe ſacro datur ortus] huius in caudas (t) diſſilitio, caudarum deinde progreſſus et inſertio (u), iterum naturales ſunt.

a Ibid. a b
b Ibid. a S
c Ibid. a c
d Ibid. c d
e Ibid. f
f Ibid. c
g Ibid. f
h Ibid. p
i Ibid. n
k Ibid. c d
l Ibid. a b g
m Ibid. c d e g
n Ibid. b g
o Ibid. g
p Ibid f
q Ibid. h
r Ibid. i
s Ibid. k
t Ibid. l l
u Ibid. XII. XI. X. IX.

Multifidus ſpinae, abſentia prominentiae oſſis ſacri ad poſteriora, adeoque defectu tuberculorum illorum, quae vtrimque quatuor hoc in dorſo habet ex coniunctione quinque ſuarum vertebrarum proceſſuum adſcendentium et deſcendentium, vnde totidem principiis tendineis ille oriri ſolet, atque abſentia ligamenti deducti a ſacro ad ilium oſſis finitimam partem, tandem et horum cum ſacro oſſe, et inter ſe, plana concretione poſteriore, toto hoc ortu, atque tota ex ortu extenſione ſenſim ad inferiora graciliori, deſtituitur in vtroque latere. Hinc, vt reliqui deſcripti muſculi, breuior oritur truncatus quaſi, in ſiniſtro latere a margine conuexo memoratae appendiculae (a), et a parte huic proxima interiore, ſuperiore, criſtae cartilagineae oſſis ilium ſiniſtrae (b) ad latitudinem, qua infima vertebra ſiniſtrorſum fere ſupra hanc procedit. Vbi oritur primo tendineus, tenuis, et planus eſt, ſtatim autem externe citius, quam interne, in carnem abit craſſam et planam, nec valde latam, atque deinde ſuo in latere, iuxta ſpinam dorſi (c) ad ſupremum collum naturaliter adſcendit: a margine autem proceſſus obliqui adſcendentis cuiusque vertebrae portionem accipit, et quidem a ſupremae lumborum vertebrae duplici in hoc latere proceſſu duplicem. Eſt, quae a minimo procedit, tantilla, vt vix appareat, multo minus exprimi poſſit, partibus poſt diuturnam moram iam ſemiputridis. Caudulas itidem inſerit lateri ſpinae cartilagineae vniuscuiusque vertebrae, easque duplices ab vtroque latere illi cartilagineo ſegmento, quod confluxu ex vertebrae vltimae et penultimae lumborum ſuprema cartilagine poſteriori conflari, in oſſium hiſtoria notaui. Dexter

a Ibid. Fig. 2. α S

b Ibid. $\alpha\beta$

c Ibid. $\alpha\beta\gamma\delta$

ter (d) prae ſiniſtro muſculus nihil omnino notandum habet, niſi ortum in ſuo latere ab appendicula, criſta, lumbis, dorſo. d Ibid. a b c d

Ablatis et his muſculis nuda apparet, lumborum vertebrarum informis figura: atque deinde *Intertransuerſarios* lumborum in ſiniſtro latere ſex noto. (a) Eſt quippe in ſuprema lumborum vertebra, inter binos ibidem proceſſus laterales antea notatos tenuis etiam muſculus (b), tendinoſus, vt ligamentulum fere primo aſpectu referat, microſcopio tamen examinatus fibras carneas, maxime ab interiore parte diſtinctas, exhibet. *Interſpinales* contra tantum ſunt quatuor, quorum primus ex infima parte oſſea primae vertebrae ad cartilaginem ſecundae, quae ſpinae rudimentum continet, ſecundus ab hac ad tertiam, tertius iterum ab hac ad infimam partem ſegmenti cartilaginei ſeptem laterum, quod rudimentum quartae et quintae vertebrae ſpinarum habet concretum, procedit, quartus denique ab huius parte ſuperiore oblique ad imae dorſi vertebrae ſpinam tendit. Partes has ab examine et aliarum delineatione, tanta temporis mora, ſemiputridas examinare, aliis demonſtrare, et deſcribere poſſum, non vero diſtinctas figura exhibere, ob puſillitatem non modo, ſed imprimis ob vmbrae defectum; quoniam color fuſcus omnia inquinat iam ita, vt vix aliquid diſtincti inter carnes et tendines non modo, ſed et hos inter cartilagines et oſſa, membranis tecta, obſeruetur, vnde et in multifidis ſpinae capita et caudae haud notari poſſunt. Patet interim ex figuris et deſcriptione, quod, per concretionem oſſium ilium ad poſteriora in vnum planum, atque ita per oſſis ſacri introtruſionem, abolita hoc

a Ibid. Fig. 2. 1 2 3 4 5 6

b Ibid. 3.

hoc loco extenſione naturali, muſculi, qui ab eadem oriuntur, truncantur, atque ab hoc defectu altius in poſteriore parte, adeoque breuiores, ſed ſimul latiores et robuſtiores, proueniunt: a latere vero extenduntur, hinc et extenuantur, ratione, qua oſſa ilium inferiora, et deinde poſteriora verſus, declinant, et ita ilia extendunt. Vbi autem elongantur muſculi et extenuantur, ibi maxime tendinoſi fiunt, quod pulchrius adhuc patebit in abdominalium deſcriptione et figuris.

In anteriore corporis parte *Muſculus Obliquus Abdominis Externus ſiniſter* oritur ab octo coſtis inferioribus, ſuo quoque loco prouenientibus totidem principiis acutis anguloſis, non longe a cartilaginibus illarum diſtinctis. Haec iuncta deinde modice deſcendunt, fibris ſuis ſenſim ab obliquitate magis rectis ad ilia exporrectis. Hae
a Tab. VIII. α carnem muſculi conſtituunt (a), quae iterum ad partem
b Ibid. β γ corporis anteriorem (b), lateralem (c) et poſteriorem (d),
c Ibid. γ δ extenuatur in aponeuroſin amplam.
d Tab. V. κ Aponeuroſis haec ad anteriora a pectore ad locum, quo ſynchondroſis oſſa pubis iungit, cum lateris dextri muſculi tendine continuata, decuſſatione fibrarum tendinoſarum, partem ſuperiorem exteriorem Lineae albae conſtituit, quae in hoc
e Ibid. A B corpuſculo, vt ſolet, naturalis ſupra vmbilicum latior (e),
f Ibid. C D infra eundem exilior (f), eſt. Vbi autem ad anteriora a pectore ad ilia aponeuroſis haec ex carne ortum ducit, ſiue potius fibrae carneae in tendineas abeunt, id non fit, vt alias, arcuato ductu, ſed magis recto: caro enim non ita, vt caeterum fieri ſolet, in ſemilunarem figuram, ad ortum tendinoſae expanſionis, exſcinditur. Ad pubis caeterum locum inſertio fuit naturalis, et, tendine

quaſi

quaſi fiſſo, erat fiſſura, quam foramen ouale dicunt, parua, per quam tenuiſſimae fibrillae tranſeuntes ſuſpicionem dabant, eſſe ſequioris ſexus cadauerculum. Per aponeuroſin (g) et ad lineam albam (h) transparet naturaliter muſculus obliquus internus (i) et rectus (k). Ex loco vero pubis procedit ad latus ſiniſtrum totus tendinoſus, et quaſi prominens, ſed tenſus, late expanſus ad mediam partem oblique deorſum (l), poſteriora verſus (m) iterum adſcendens. Sentitur autem ibidem oriri ex duro, oſſeo, gracili. Eſt autem haec durities margo inferior et anterior pſeudo-peluis deſcriptae cartilagineus (n), deinde lateralis et inferior oſſeus (o), tertio lateralis et ſuperior cartilagineus iterum (p). Tum initium capit a ligamento ſiue perioſtio, quod marginem hunc cum infimo ſcuti oſſei interno cornu ad diſtantiam (q) iungit, atque eandem continuum implet. In toto hoc ortu, a parte anteriore media corporis, ad poſteriora lateraliter, deſcendit (r). Deinde iterum adſcendit maxime obliquus tendineus, vbi oritur ex margine ſuperiore exteriore criſtae cartilagineae os ilium, hac parte, ambientis (s), tectus, ad extremum ſuum, aponeuroſi muſculi latiſſimi dorſi ſiniſtri (t), qua cum firmiſſime cohaeret.

g Ibid. ββγδ
h Ibid. ABCD
i Ibid. ζηθι
k Ibid. κκκκ
l Ibid. ιθ
m Tab. V. λ
n Tab. IV. Fig. 1. 2. M
o Ibid. N
p Ibid. O
q Ibid. M C
r Tab. VIII. ζη
s Tab. V. λ B C
t Ibid. ζη

In *Obliquo Abdominis externo dextro* vix notaui quid a ſiniſtro peculiare. Ortus quippe a coſtis, expanſio tendinoſa ad anteriora et inferiora (a) ſeſe perfecte habuit in illo, ac in hoc. Aponeuroſis tamen a parte poſteriore (b) et laterali minus lata eſt, atque ibidem oritur a margine exteriore, eodemque ſuperiore, deinde laterali, criſtae ilium oſſis, qua parte dextrorſum extra finem incuruatum ſpinae dorſi eminet et de-

a Tab VIII. b b c d
b Tab. V. l.

G ſcendit,

ſcendit, tecta itidem ad extremum ſuum initio tendinis muſculi latiſſimi dorſi eiusdem lateris, quocum et firmiſſime cohaeret (c): fibrarum autem decurſus atque earum ex carneis continuatio fuit, ac in ſiniſtro muſculo, eadem. In anteriore tamen corporis parte expanſio tendinea muſculi dextri, quam ſiniſtri latior, a parte corporis poſteriore contractior procedit.

c Ibid. f g

Ab vtriusque muſculi aponeuroſeos parte inferiore anteriore et laterali expanduntur tenuiſſimi proceſſus, qui ſupra femoris muſculos, cum illorum datis expanſionibus tenuibus tendinoſis, tenuem vaginam efficiunt hos ambientem, cuius muſculum tenſorem non vidi; fibrae tamen tendinoſae ad vtrumque latus inferiores, magis compactae, aliquid craſſius exponebant. An muſculi vices egerunt?

Cum autem, vnde oriuntur muſculi, ſpatium inferius ſit valde anguſtum, neceſſario hac parte abdomen gracile viſcerum molem, et quidem, vt poſtea patuit, mole auctam ſuſtinere coactum, extendi debet; inde a parte anteriore inferiore, et ad latera prominentis pſeudopubis, deinde a laterali, inferiori eadem oſſea, aponeuroſis haec extenſione elongata, infra ortum ſuum, latere ſuo extenſo prominet, ſed tenſa (a). Idque [quod hic obiter moneo] in aliis abdominis muſculis, qui hinc oriuntur, obtinet.

a Tab. VIII. g h. η θ

Patet, cum in latere vtroque deficiat illa altitudo, quam naturaliter efficit criſta oſſis ilium ſuprema ita, vt ſynchondroſin oſſium pubis inter et principium vltimum muſculi obliqui externi abdominis a coſta duodecima, ſit plus, quam dimidia, totius muſculi longitudo, vnde ortus eius non horizontalis, ſed a pube

ſurſum

ſurſum adſcendens ad ſupremum criſtati oſſis ilium marginem externum, ductu lunato procedit: atque ſuo loco os hoc deficiens inferiora verſus depreſſum, et ad poſteriora deinde intortum inclinatur, quod ſpatium tantae diſtantiae debet compenſare muſculus ipſe ſua extenſione. Compenſatio haec vix carne, ſed tendine perficitur. Notum eſt, qua parte ſua poſteriore muſculus abdominis obliquus externus pertinet ad ſuperiorem, eandemque exteriorem longitudinem partis prioris criſtae oſſis ilium, id fieri carne primum, eaque in extremum tendinoſum extenuata, deinde aponeuroſi. Hoc loco autem caro dicta in extremum tendinoſum notabiliter extenuatur, atque aponeuroſis haec tanto magis extenditur, quanto ſpatium vltimam coſtam et peluim inter, deficiente dicta oſſis ilium a latere altitudine, iam maius eſt. Tota autem haec expanſio, tam antrorſum et lateraliter, quam ad inferiora et poſteriora, eſt tenuis ſubtilisque tendinoſa: vnde fibrae tendineae aeque quam carneae, plus ſolito, rectiores deſcendunt, imprimis omnium inferiores et anteriores, vt quidem hae rectae fere procedant, poſteriores autem obliquae, et ſimul leniter intortae.

Ex tota ſpeculatione patet, muſculum vtrumque ſequi partium inferiorum deformitatem: vnde elongatur, torquetur, atque neceſſario extenuatur.

Obliquus Abdominis internus ſiniſter, vbi oſſa infra deformantur, iterum ſuo ortu modo peccat; a ſpinis etenim et proceſſibus transuerſis vertebrarum lumborum oritur naturalis: deinde communi principio cum latiſſimo dorſi et ſerrato poſtico inferiore a latere externo conuexo, toties iam memorati proceſſus vltimae vertebrae

 poſterio-

poſterioris, et tendine lato, tenui, ſenſim graciléſcente, atque in carnem confluente, a ſuperiore, media, deinde laterali tota parte cartilaginea oſſis ilium ſiniſtri
a Tab. VI. ε ζ (a), cum eadem ſenſim deſcendens atque continuatus ortu procedit ex latere vltimi apicis, in quem dicta cartilago finitur (b): deinde a parte pſeudo-peluis laterali et
b Ibid. Φ B C pubis anteriore (c), extra ortum ſuum prominet. Hinc
c Tab. VIII. θ ι. extenditur ob easdem rationes, quibus aponeurofis obliqui externi, ſub qua, et tendine muſculi latiſſimi dorſi, ab iisdem tectus, procedit. Sic ab omni parte tenuis, extenſus, tendineus, ortus muſculus panditur circa abdomen fibris
d Ibid. ζ ζ tendinoſis in carneas continuatis, quarum (d) ſuperiorum decurſus naturalis, ſenſim inferiorum ſolito magis acclinis eſt. Omnium autem maxime obliquae ſunt, quae ex laterali parte pſeudo-peluis et ex pube anteriore, prius tendineae, mox carneae procedunt. Obliquae, ſed illis rectiores, quae ex margine limbi cartilaginei oſſis ilium, his iterum magis rectae, quae ex lumbis proueniunt. Conſtituunt iunctae hae fibrae carnem muſculi, in anteriore parte, extra carnem muſculi obliqui externi, late extenſam et per aponeuroſin eius transparentem; cum autem muſculus hic, vt obliquus externus, propter oſſa ad latera et antrorſum depreſſa, adeoque defectu altitudinis, quam oſſa ilium margine ſuperiore rotundam naturaliter efficiunt, multum extenditur, etiam inferne ten-
e Ibid. ζ η θ ι dinoſus et tenuis eſt (e), cum caeterum hoc loco carneus ortum ducat; parte autem anteriore abit in aponeu-
f Ibid. ε roſin (f), quae in binas lamellas naturaliter diſtinguitur; quarum prior cum interiore ſuperficie muſculi obliqui externi expanſionis tendineae, poſterior cum exteriore trans-

uerſi

uerſi abdominis muſculi concreſcit, medium complexa muſculum *ſiniſtrum Rectum abdominis* (g). Qua autem parte in- g Ibid. x x x x
fima tendinea cum oſſibus pubis a latere concreſcit, ibidem ſub ſe fibrillas tenues dimittit, annulum ſic dictum muſculi obliqui externi deinde tranſeuntes, quas poſtea ligamentula vteri rotunda eſſe expertus ſum. Inſertio autem ſuperne ad coſtas, et antrorſum ad lineam albam naturalis eſt, inferne [vt notaui] tendinea praeter naturam.

In *dextro Obliquo Abdominis Interno*, praeter deſcripta in ſiniſtro, nihil notaui peculiare, niſi iterum ortum ex proceſſu concauo (h) poſteriore vltimae ver- h Tab. VI. S e
tebrae, atque latere dextro oſſis ilium (i), quam in ſini- i Ibid. B C e f v
ſtro, magis contractum. Eſt et principium tendinoſum minus latum (k), citius in carnem (l) mutatum. Huius k Ibid. v
etiam (m) aponeuroſis anterior (n) latius quam ſiniſtra l Ibid. υ m Tab. VIII. f f
expanſa naturaliter in duas lamellas finditur, quarum ſuperior cum interno latere aponeuroſeos muſculi obliqui n Ibid. e
externi, inferior cum ſuperficie externa tendineae expanſionis transuerſi concreſcit, et medium comprehendit *muſculum Rectum Abdominis dextrum* (o): qui cum ſiniſtro ex o Ibid. k k k k
latere eminente anteriore ligamenti oſſium pubis procedit, et quidem vterque duplici tendine, quorum minor, ſeu interior, latior, exterior gracilior eſt. Mox hi confluunt et muſculum naturalem vtrimque conſtituunt, qui per abdominis partem anteriorem, iuxta lineam albam, ad pectus adſcendit. Inſcriptionibus tendineis (p) a parte exte- p Ibid. F F F F
riore diuiſus eſt, quarum media ad latera vmbilici vtrimque. Finis ſiniſtri naturalis eſt, et fiſſus in tria capita, totidem coſtarum inferiorum verarum cartilaginibus inſeritur.

Dextri extrema modo duo ſunt, quorum interius minus, maius et latius exterius eſt; cum autem ab hac parte [vt antea monui] ſex modo coſtae ſuperiores cum ſterno articulantur, ſeptima autem inde libera cartilagine ſua ſextam infra attingit, caput interius eius inferiori margini ſextae, exterius vero quintae cartilagini, ad initium ex coſta oſſea vsque, inſeritur.

Transuerſalis Abdominis vterque ſub muſculo obliquo interno inferiora verſus iterum extenſus, tanto maior eſt, quanto altitudo oſſis ilium a latere deficit iam depreſſi. Oritur ab inferiore dorſo et lumbis naturaliter, deinde a toto margine ſuperiore et interiore cartilaginis
a Tab. VII. Fig. I. ξ, o. oſſis ilium (a), vtrimque ad obtuſum eiusdem apicem inferiorem vsque tenuis et tendineus. Tendo autem mox
b Ibid. v ξ, no. ad lumbos et inferiora multum extenditur (b): deinde
c Ibid. μ, m. in carnem (c) abit, quae magis, quam caeterum ſolet, fibris oblique adſcendit. Hae autem in dextro, quam ſiniſtro latere, magis transuerſae ſunt.

Fibrae autem, quae ex margine infimo apicis obtuſi cartilaginei oſſis ilium procedunt, fortiter tenſae et valde obliquae adſcendunt, atque initium illarum fibrarum, quae ex pſeudo-peluis latere ad poſteriora proueniunt, tegunt. Hae etenim ad interuallum, vltimum apicem cartilagineum limbi oſſis ilium inter et initium pſeudo-peluis extra hoc exporrectum, vbi ex eiusdem margine magis introrſum oriuntur, complicationem ſatis profundam efficiunt, quae ſub tenſione fibrarum priorum latitat. Haec autem complicatio ad inferiora et poſteriora profundior, quo magis muſculus antrorſum et fibris ſuis oblique ſurſum tendit, minuitur, donec antrorſum explicata, cum fibris ex ambitu

bitur pſeudo-peluis et pube, in priori laterali parte tendineis ortis iam carneis factis, iuncta euaneſcit. Ad partem autem anteriorem abit naturaliter in aponeuroſin, quae priori ſua parte adnaſcitur [vt in illius hiſtoria notatum eſt] cum inferiore ſuperficie laminae poſterioris aponeuroſeos muſculi abdominis obliqui interni, poſteriori vero ſua parte concreſcit cum peritonaeo ad lineam albam pertinens, ſuperne autem inſeritur cartilagini ſterni mucronatae.

Pyramidalis vterque [vt quandoquidem in optime formatis corporibus, tam maſculinis, quam foemininis fit] deficit. Patet [quae monui in parte corporis poſteriore eadem obtinere in anteriore: ſequuntur ſcilicet muſculorum extenſae deformitates, maxime tendinoſae, oſſium depreſſorum et intortorum figuram.

Quadratus Lumborum vterque, quaſi inuerſus, anguſtiori principio (a) oritur ex margine ſuperiore interiore criſtae oſſis ilium a latere lumborum. Eſt dextri ortus, quam ſiniſtri, gracilior et anguſtior. Vterque in adſcenſu ſenſim lateſcit; atque latiſſimus (b) in ſuperiore parte, eadem inſeritur inferiori coſtae duodecimae margini (c) extenuatus: dat portiones, in quas abit, lateraliter proceſſibus transuerſis vertebrarum lumborum.

a Tab. VII. Fig. 2. & IX. Fig. I. ε η.
b Ibid. h. θ.
c Ibid. XII. XII.

Pſoas magnus vterque ortu (a), figura, rotunditate (b), decurſu (c), vt ſolet procedere, naturalis eſt, atque ante iliacum internum (d), ſeſe ab inferiore lumborum parte parum oblique in latus dimittit, iuxta marginem ſpinae oſſeae prominentis ex media parte ſcuti oſſei, antequam ſulcata in cartilaginem abit. Exteriori autem et inferiori parte (e), qua naturaliter in ten-

a Tab. IX. Fig. I. a α
b Ibid. b β
c Ibid. a b c α β γ
d Ibid. i k ι κ
e Ibid. Fig. 2. c d. γ δ.

f Ibid. de. γδ tendinem (f) abit iunctum cum tendine (g) iliaci inter-
g Ibid. l m λ μ ni, pergit, atque cum hoc ſimul coaleſcens (h) vterque,
h Ibid me. μ ε. ab vtraque parte inſeritur (i) parti ſuperiori mediae et
i Ibid. f ξ
k Ibid. E laterali trochanteris (k) vnici, qui ex ceruice capitis oſſis femoris deſcendens a parte anteriore corporis locatur, et lateraliter dextrorſum inflectitur.

Iliacus Internus vterque lato principio oritur vtrimque a toto margine ſuperiore, deinde laterali ad infimum
a Tab. IX. apicem vsque (a) limbi cartilaginei interni, qui oſſa
Fig. 1. ii k ι ι κ ilium ambit; deinde ex tota cauitate eiusdem, qua extra eminentiam mediam [os ſacrum ſcilicet] prominet; tertio
b Ibid. k κ ab illo margine, quo anterius os ilium terminatur (b). Ex amplo tali ortu primo tenuis, mox intumeſcens, ab omni parte coeuntibus fibris, quo magis deſcendit, anguſtatur rotundior, ſed craſſior factus, ad partem infimam oſſis ilium, atque extra hanc exporrectus, eandem deferens, inde dilabitur iuxta ſinum prominentis oſſis ſacri, antequam in cartilaginem abit, atque infra eundem
c Ibid. Fig. 2. κ λ k l deſcendit (c): tendineus deinde factus (d) cum tendine
d Ibid. λ μ m l (e) pſoae magni confluit atque cum eodem trochanteri
e Ibid. μ ε m e (f) ab vtroque latere inſeritur (g).
f Ibid. E

Pſoas Paruus vterque [vti ſaepius etiam in optimis
g Ibid. f. ξ. corporibus fit] deſideratur.

In deſcribendis femoris et cruris muſculis maior difficultas eſt propter oſſium deformationem, a quibus oriuntur, et ad quae pertinent: multi praeterea deficiunt, alii in vnum concreſcunt ex duobus, alii iterum duplices ſunt, ſed ad vnicum, et quaſi ex duobus conglutinatum, femur, locantur, alii denique ſitu inuertuntur: vnde vix tuto conſueta nomina imponere illis audeam. Incipio iterum a

parte

parte corporis poſteriore, quae femoris et cruris eſt anterior, illi contraria, vnde dextrum et ſiniſtrum latus in deſcriptione intelligendum eſt de femore, ad quod muſculi pertinent, non de trunco corporis.

Occurrit primo in parte femoris anteriore, quae in corporis trunco poſterior eſt, ad latus vtrumque muſculus gracilis longus, qui tendineo, tenui, acuto principio, mox in carnem verſo, oritur a parte inferiore, interiore oſſea iſtius apicis, in quem obtuſum ora cartilaginea, qua ſcutum oſſeum circumducitur, infra deſinit ad latus
(a), deinde a parte oſſea externa, huic apici circumdu- a Tab. IV.
centi proxima: inde deſcendit vterque oblique ex- Fig. I. CC Tab. V. α a
trorſum, et per latus ſuum quisque ad poſteriora (b), b Ibid. b β
oblique circum femur flectitur (c): ad poſteriora ve- c Tab. VIII. c γ
ro rectior decurrit (d), atque ibidem magis extenuatus d Ibid. c d e γ δ ε
ad alterum accedit, fine ſuo in tendinem abeuns (e), qui c Ibid. d e. δ ε.
gracilis, ſed planus, deinde ſenſim expanditur, atque parte ſua interna in interuallo inter condylos femoris poſteriores, cohaeret cum vtroque tendine muſculi ſemitendinoſi, qui a pube hucusque porrigitur inter vtrumque receptus medi-
us (f). Parte autem externa vterque tendo extror- f Ibid. g h η θ
ſum flexus, inſeritur lateri interno tibiae intra condylum
poſteriorem vtrumque (g). Rectior autem procedit ad g Ibid. e ε
poſteriora dexter (h), magis circa femur flectitur ſini- h Ibid. γ δ ε
ſter (i). Si conſideratur ortus horum muſculorum ab infima i Ibid. c d e
ora marginis oſſis ilium, decurſus, circum femur flexio, cohaeſio et inſertio ad tibiam, nonne videntur muſculi *Sartorii* dicti, naturaliter orti, procedentes, inſerti, in quibus monſtroſi nihil; quisque etenim circa ſuum femur inflexus inſeritur lateri interno in vnum conglutinatae tibiae,

ſuperiori. Peccat ergo hic iterum oſſium inuerſio et deformitas, non muſculorum.

Inter deſcriptorum muſculorum principia, duo pares oriuntur medii, a poſteriore, inferiore, et magis interiore parte oſſis (a), quod ad rectum angulum flexum ab infima parte ſcuti oſſei introrſum procedit horizontaliter. Horum principium tenue tendineum, ſed latum (b), mox vertitur in carnem (c). In principio iuxta ſe inuicem, iuncti decurrunt vſque ad tertiam circiter femoris longitudinem recti (d), tum cito a ſe inuicem diuergunt, et obliqui procedunt extrorſum, rectior ſiniſter (e), magis obliquus dexter (f), idque a notata inuerſione femoris reſpectu ſui ad ſiniſtra, dextrorſum reſpectu trunci corporis. Ipſi muſculi in initio lati, plani, in medio ventre turgent (g), magis deſcendentes iterum contrahuntur, et rotundiores fiunt (h), atque tandem abeunt in tendinem (i) citius ab inferiore, quam ſuperiore parte, qui prius planior, mox teres fit, et paulo poſt iterum explicatur radiatim, atque extenuatus latior inſeritur dexter dextrae (k), ſiniſter ſiniſtrae patellae (l) parti ſuperiori anteriori mediae, iunctus a latere cum tendinibus muſculorum adiacentium (m). Vbi autem patellae affigitur, ibidem ab exteriore parte fibrillas tendineas emittit, quae ſubtiles expanſae cum aliorum muſculorum datis fibrillis tenuem aponeuroſin efficiunt patellam ambientem atque eiusdem ligamento duplici (n) ex tibia prouenienti adnatam. Fibrae in anteriore parte huius muſculi ex media longitudine vtrimque oblique deſcendunt. Nonne hi muſculi videntur *Recti cruris*, dexter ſcilicet et ſiniſter quisque ſui femoris patellae inſertus? Nonne id demonſtrat

a Tab. V. Fig. 2. 1. 2.
b Ibid. Fig. 1. c γ
c Ibid. d δ
d Ibid. c d γ δ
e Ibid. δ ε
f Ibid. d e
g Ibid. cd γδ
h Ibid. d e δ ε
i Ibid. f g ζ η
k Ibid. g A
l Ibid. η. B.
m Ibid. i m κ
n Ibid. g A D. η B E

ſtrat figura, directio fibrarum, decurſus, inſertio, quamquam ortus obſcurior eſt? imprimis ſi conſideremus iterum femoris os vnicum, ſed ex duplici ad latus internum conglutinatum; inde et adiacentium aliorum muſculorum facies et hiſtoria euidentior erit.

Ablatis deſcriptis, muſculi apparent tres validi, prius ab iisdem partim tecti, quorum medius craſſus, validus tumens, parte ſuperiore contractior (a), quo plus deſcendit, eo magis lateſcit et craſſeſcit (b), infra iterum contractior (c); decurrit autem in media oſſis femoris parte per totam eius longitudinem, qua duplex interno lateri agglutinatum eminet (d), tectus latere vtroque, externo conſiderando, per Rectum cruris (e); vnde videtur *Vaſtus internus vterque*, vti oſſa femoris, inter ſe conglutinatus, per vtriusque latus internum, et inde vnicus factus. Oritur quippe ab infimo ambitu capitis vnici oſſis femoris (f): deinde lateraliter et ſiniſtrorſum a radice trochanteris communis (g); tertio a tota iſta ſpina, quae infra trochanterem, deinde ad dimidiam longitudinem oſſis femoris in ſulcum leuem abeuns illud ſiniſtrum iterum ad condylos vsque diſtinguit (h); quarto et ab eodem ſulco (i) continuus eſt: quinto in dextro femoris latere infra radicem capitis oſſis femoris ab eminentia (k) in ſulcum (l) abeunte, quae femur dextrum ad condylos vsque medium diuidit; ſexto a tota rotunda eminentia, quae inter hos ſulcos a conglutinatis quaſi oſſibus prominet (m). Vbi oritur a radice capitis oſſis femoris et trochanteris tendineus et tenuis, vbi a ſpinis, ſulcis, et inter hos media eminentia, totus carneus eſt. Externe ab ortu decurrit fibris rectis, in deſcenſu radiatim leuiter diductis,

a Tab. VI. h
b Ibid. K
c Ibid. l
d Tab. IV. Fig. 4. D d e
e Tab. V. c d e γ δ ε
f Tab. IV. Fig. 4. inter B D.
g Ibid. E
h Ibid. d e
i Ibid. e f
k Ibid. D α
l Ibid. α b c
m Ibid D A 2.

in fine iterum magis contractis. Inferne autem fibrae obliquae extrorſum prius, deinde cum aliis iunctae, rectae decurrunt. Hinc in parte anteriore exteriore muſculus latior et planior, in poſteriore acutior et trilaterus eſt, cum muſculis proximis cohaerens (n). Extremo autem ſuo, iterum tendineo facto et contracto (o), inſeritur margini ſuperiori anteriori mediae et laterali, deinde interno, vtriusque patellae (p), vbi ſe inuicem attingunt agglutinatae, inter tendines muſculorum rectorum, cum quibus vtrimque firmiſſime cohaeret (q). Vbi autem patellae inſeritur, ex ſtrata ſuprema fibrillae dimittuntur, quae ſupra patellas expanſae cum prioribus aponeuroſin efficiunt, ligamento tibiae ad patellam inſertam (r). Iuxta hunc muſculum ab vtroque latere per longitudinem femoris in parte priori et laterali, illud amplectens, decurrit muſculus validus. Siniſter a radice trochanteris (a) poſt priorem, dexter ab eiusdem radice in dextra parte, oritur totus tendineus: deinde longiori et carneo principio vterque procedit ab eminentia et medio ſulco vtriusque femoris (b), iuxta initium carnoſum externum muſculi vaſti interni, cum hoc cohaerens; et coniunctione ſulcum (c) faciens, in quo vtrimque locatur muſculus rectus cruris parte ſua media poſteriore. Dum deſcendit vterque, lateſcit, in medio latiſſimus (d), inde ad extremum contractior, fine ſuo abit in tendinem (e) breuem validum et latum, qui latere ſuo inferiore cohaeret cum tendine muſculi recti cruris (f): inſeritur primo ſuperiori et exteriore margini patellae, libero ab inſertione vaſti interni et recti cruris (g), deinde magis extenſus ſimul et extenuatus orae laterali eiusdem toti (h), tertio extremo extra hanc elongato, acuto, et gracili, priori et laterali parti

n Tab. VI. o λ
o Ibid. l m.
p Ibid. n C
q Ibid. η n g
r Ibid. n A D. C B E
a Tab. IV. Fig. 4. E. & Tab. VI. H Θ
b Tab. IV. d e f et D a b c & Tab. VII. H h Θ ϑ
c Ibid. o λ
d Ibid. h ϑ
e Ibid. i κ
f Ibid. i f g κ ζ η
g Ibid. i κ
h Ibid. i i κ κ

ti tibiae vtriusque infra eiusdem condylos externos (i). Ex tota quidem muſculorum hiſtoria patet eſſe hos *Vaſtos Externos*. Tegebantur hi muſculi per longitudinem, a parte interna fere dimidia, per latus externum dimidium muſculorum, quos longos cruris notaui.

Ablatis, quos deſcripſi, femoris muſculis, hoc ab anteriore, et laterali parte liberum, ſolo tegitur perioſtio, ſuperne autem retinetur per tres validos muſculos vnicum a dextra duos e latere ſiniſtro reſpectu cruris, contrario in trunco. Primus (a) oritur lato et tenui principio in inferiore ſiniſtra parte pſeudo - peluis a latitudine marginis, qui cartilagineus et acutus eminet iuxta acetabulum, inde mox carneus procedit valde obliquus, atque iterum tendineus factus, inſeritur ſuperiori et dextrae parti oſſis femoris, mox infra radicem capitis eiusdem, et deorſum a latere externo eminentiae, iuxta trochanterem (b). Eſtne *Pectineus dexter* ab intortae peluis parte ſiniſtra ortus.

Ab altero latere, dextro ſcilicet, eiusdem acetabuli marginis ſimilis ortus muſculus (c), ſed parum gracilior, eadem ratione procedens, iterum tendineſcens, inſeritur ſummo et ſiniſtro margini trochanteris femoris communis a parte ſiniſtra (d). Eſtne *Pectineus ſiniſter* ?

Tertius denique muſculus magis lateraliter et poſteriora verſus ortus tendineus in dextra parte peluis, pone et iuxta priorem muſculum (e) deſcendit, oblique tendens ad femur, atque illi infra trochanterem; poſt eminentiam ab eodem exporrectam, in latere ſiniſtro, inſeritur (d). Eſtne *Adductor longus femoris* ?

In parte femoris poſteriore, quae corporis anterior, primo occurrunt duo notabiles muſculi, qui lato tenui, tendi-

i Ibid. i i i κ κ κ

a Tab. VII. Fig. 1. p Tab. V. Fig. 2. 4

b Tab. VII. ϥ

c Ibid. λ. & Tab. V. Fig. 2. 5

d Tab. VII. λ μ E

e Idid. ν ξ & Tab. V. Fig. 2. 3

d Tab. VII. ξ

a Tab VIII. a α & V. Fig. 2. 13. 14 tendineo principio (a) oriuntur ab anteriore et inferiore parte eminentis cartilagineae protuberantiae inferiore, quae prominet ante et infra ſynchondroſin, quae oſſa pubis iungit (b), deinde quisque in ſuo latere ab ambitu cartilagineo, qui infra oſſa pubis anterius eſt, et ad latera (c). Eſt dexter ſiniſtro robuſtior, latior, atque in principio diutius tendineus manet (d). Vterque lato et plano principio ortus, latus et planus procedit, ad dimidiam vero longitudinem ſuam contrahitur (e), inde quo plus deſcendit, eo magis gracilis (f), ad interuallum femoris ſupra radicem condylorum, inter hos medius, abit in tendinem teretem (g), qui inter tendines muſculorum, quos pro ſartoriis deſcripſi (h) vterque procedit, et extra hos exporrectus, leuiter ab altero decedens, inſeritur parti tibiae ſuperiori et poſteriori mediae, mox infra capitulum cartilagineum ſuperius (i). Muſculi hi tibiam ratione femoris flectunt poſteriora verſus et eleuant. Suntne *Semitendinoſi*?

b Tab. VIII. Q

c Tab. V. Fig. 2. 11. 12.

d Tab. VIII. a

e Ibid. f ζ

f Ibid. f g ζ η

g Ibid. g h η θ

h Ibid. d e δ ε

i Ibid. h θ

Sub deſcriptis modo ablatis duo locantur muſculi graciles et elegantes, qui ſub prioribus orti tendinei, ex memorata mox prominentia infra ſynchondroſin oſſium pubis (a), poſt priores deſcriptos, per femoris poſteriorem partem deſcendunt (b), ſenſim contracti ad ſe inuicem accedunt, et circa inferiora femoris in tendinem (c) teretem abeunt, qui iunctus, per medium interuallum, inter condylos femoris et tibiae, vlterius per tibiam procedens atque ex interuallo priorum tendinum emergens (d) inſeritur vltimae cartilagini, quam oſſis tibiae extremum efficere antea notaui (e). Suntne *Graciles*? vel *Semimembranoſi*?

a Tab. IX. Fig. I. α & Tab. V. Fig. 2. 9. 10.

b Tab. IX. Fig. I. abc α β γ.

c Ibid. c. γ.

d Ibid. & Tab. VIII. h o θ ξ.

e Ibid. & Tab. IX. Fig. I. o ξ. G

Poſt hos duo ſequuntur valde notabiles muſculi partem poſteriorem et maxime lateralem oſſis femoris ambientes

bientes : oritur quisque ſuo in latere a margine anteriore acetabuli ſub pelui inferiori concreti, (a) ante muſculos iam inde oriri deſcriptos (b), qui ad trochanterem et latera oſſis femoris pertinent. Principium horum tenue latum tendineum, mox in carnem abit (c) lateſcens, quo magis deſcendit (d), circa caput, ceruicem, et os femoris procedit iuxta trochanterem communem (e) poſt inſertos illi tendines communes iliaci et pſoae (f), inde deſcendens et lateſcens vterque ambit lateralem et poſteriorem partem oſſis femoris (g) ſibi vterque propior, ad mediam autem femoris altitudinem ad latus quisque ſuum magis flexus extrorſum (h) procedit atque iterum detumeſcit (i), donec inferne partem lateralem et poſteriorem articuli femoris cum tibia amplexus, atque capſae ligamentoſae articulum ambienti accretus, abit in tendinem robuſtum, qui primo latior, ſenſim deinde contractus, inſeritur laterali et fere mediae parti oſſis tibiae in vtroque latere (k). Ad hunc muſculum ex media poſteriori parte oſſis femoris vtrimque ortae fibrae carneae diſtantes a ſe inuicem os liberum (l) reliquunt, et oblique deſcendentes extrorſum (m) carnem conſtituunt, quae diu diſtincta manens deinde cum muſculi prius deſcripti carne a poſteriore, ſed in primis cum tendine, confluit et concreſcit in vnum. Muſculus autem maior per latus femoris quisque decurrit iuxta vaſtum externum, qua parte ille femur ad anteriora et lateraliter ambit, ipſi iunctus per celluloſam. Ex hiſtoria huius muſculi ſatis euidens eſt, eſſe *Bicipitem* cruris duplicem, dextrum et ſiniſtrum, ex duplici femore ortum, idem ambiens.

a Tab. V. Fig. 2. 7. 8.
b Ibid. 3. 4. 5.
c Tab. VIII. & IX. Fig. I. i ι
d Ibid. i k ικ
e Tab. IV. Fig. 3. E D d e
f Tab. IX. Fig 2. E f ζ
g Ibid. & Tab VIII. k l m κ λ μ
h Ibid. k l κ λ
i Ibid. l m λ μ
k Ibid. n. ν.
l Tab. IX. Fig. 2. A
m Ibid. k k. κ κ.

Ablatis

Ablatis his muſculis, in ſolo latere dextro, a poſteriore per longitudinem femoris, muſculus exporrigitur vnicus, oblongus, planus, gracilis (a), qui ex inferiore parte ſiniſtra peluis pone marginem acetabuli poſteriorem, mox poſt initium longioris bicipitis capitis, tendineus oritur (b), deinde carneus fit, atque caput, ceruicem et latus dextrum femoris poſterioris amplexus iuxta radicem trochanteris, poſt inſertionem tendineam communem muſculorum pſoae et iliaci ſiniſtri (c), iuxta initium capitis biciptis minoris a latere eius externo, tectus ab eiusdem capite maiore (d) decurrit per femur, atque tandem infra finem capitis biciptis minoris deliteſcens inſeritur carneus (e) inferiori laterali dextro poſteriori margini oſſis femoris, e regione condyli dextri externi (f), ſupra additamentum cartilagineum femoris, ad initium muſculi (g) mox deſcribendi dextri. An eſt caput longiſſimum *Adductoris femoris*.

a Tab. IX. Fig. 2 a b c

b Ibid. a & Tab. V. Fig. 2. 6.

c Ibid. E ξ

d Ibid. Fig. 1. i

e Ibid. Fig. 2. c

f Ibid. H

g Ibid. d.

Muſculus hic tractus furſum primo eleuat femur, deinde leuiter flectit retrorſum.

Tandem ex parte femoris oſſea inferiore poſteriore, mox antequam in cartilagineum additamentum abit, ſupra condylos externos (a), et in dextro latere, paulo infra inſertionem mox deſcripti muſculi (b), duo oriuntur carnei et lati in principio muſculi (c): hi ad latus externum, quo magis deſcendunt, plus contrahuntur, obliqui articulum femoris cum tibia (d) hoc loco praetereunt, atque capſulam ligamentoſam amplexi, eandem coercent abeuntes in tendinem ſenſim graciliorem, qui lateri quisque externo tibiae, mox ſupra implantationem tendinis biciptis, acutus inſeritur (e). Nonne videntur ex ortu et decurſu *Gemelli*? an *Poplitaei*

a Ibid. G H

b Ibid. c

c Ibid. d e f δ ε ζ

d Ibid. F G H B

e Ibid. ζ f

ſed

ſed recti exporrecti; quoniam internum femoris vtriusque latus in vnum concreſcit. Caeterum in tibia nulli aderant muſculi, ſed tam ab anteriore, quam poſteriore, et laterali parte, tendines muſculorum inſertorum, ex ſuperficie ſua ſuperiori fibrillas elongabant, quae tenui textura expanſionem tendinoſam circa hanc et eius appendiculam cartilagineam efficiunt ſupra perioſtium.

In parte autem anteriore tibiae, a latere vtroque externo, quod media pars eſt vtriusque tibiae in vnum concretae, oritur ex oſſe infra additamentum cartilagineum ſuperius, initio acuto ligamentum (a), quod a latere externo rectius, ab interno obliquum et latius ad alterum accedit, os inter medium liberum relinquens, ad ſuperiora fere confluit, atque extenuatum et latum quodque ſuae patellae margini inferiori (b) inſeritur.

a Tab. V. & VI. DE.

b Ibid. A.B.

CAPVT QVINTVM

VISCERA ET VASA DEFORMATA EXPONENS.

Ablatis abdominis et a lumbis et dorſo muſculis examinatis, aperui peritonaeum inciſione ab vmbilico deorſum duplici, diuergente ad latera, peluim verſus, vt membranae inciſae triangularis apex vmbilicus (a), lata baſis (b) fit ad locum eminentem oſſium pubis, ſurſum vero vnica ſectione ab eodem ad cartilaginem ſterni mucronatam recta (c), tertia denique transuerſa iterum ab vmbilico ad ilia ſiniſtra (d). Reflexis ſegmentis lateris ſiniſtri ſurſum (e) et deorſum (f) atque eleuato tum vmbilico, opportune potui examinare primo venam vmbi-

a Tab. X. M

b Ibid. a b

c Ibid. c d

d Ibid. egf

e Ibid. fe

f Ibid. fg

licalem. Fuit haec figura, ſitu, decurſu, inſertione, vt
g Ibid. A B ſolet in foetu recens nato naturalis (g). Poſtquam enim perforauit foramen cutis et lineae albae, medio in abdomine, cum caeteris vaſis funiculo vmbilicali incluſa ſurſum et parum oblique dextrorſum ſola decurrit ad hepar, dimidia ſui parte inferiore, ad diſtantiam mediam vmbilicum inter et hepar ſupra peritonaeum, dimidia altera parte ſua infra idem, hoc loco illud transgreſſa, ſed ita, vt ſupra et infra peritonaeum, eiusdem proceſſui ambienti inuoluta maneat, quae aeque in ſuperiore parte, quam in inferiore, a duplicata et concreta membrana ligamentum format triangulare, quod, ad vmbilicum latius, verſus transgreſſum conniuet, et ab illo verſus hepar diuergit. Hoc obiter hic noto, erit accuratius hoc explicandi alias occaſio. Secundo: vidi arteriam vmbilicalem
f Ibid K L vnicam (f), quae media ſupra abdomen et peritonaeum
h Ibid. h i k peluim verſus decurrit. Tum quarta ſectione (h) diuiſi ab vmbilico ad ilia dextra peritonaeum, mox ſupra eundem diſſecta vena vmbilicali. Repoſui deinde portio-
i Ibid. i k c d nem, quae venam vmbilicalem continet, eleuatam (i) ſupra pectus, reflexa deorſum triangulari, in qua apex
k Ibid. a b M vmbilicus (k) eſt, quamque mediam diuidit arteria vm-
l Ibid. K L bilicalis (l) in duo triangula aequalia. Caeteras portiones explicui ita, vt liberrimus appareat in abdomine hoc ſpatio contentorum conſpectus: quem ita ſeſe habere deprehendo.

m Ibid. A B Vena vmbilicalis (m) [vt iam monui] membrana
n Ibid. i k c d, peritonaei inuoluta (n) tendit, vti ſolet, oblique hepar verſus, et huic naturaliter inſeritur, ad recipiendam illam
o Ibid. B leniter exſciſſo (o).

Arteria

Arteria autem vmbilicalis non duplex ex vmbilico acuto angulo peluim verſus diuergit, ſed vnica (p) inde recta ſub decurſu lineae albae deſcendit, et ſupra peritonaeum, tendit peluim verſus, atque ibidem reflexa ſub peritonaeo decurrit poſteriora verſus, et ad lumbos (q) adſcendit. Numerum autem ſimplicem diameter compenſat, eſt quippe, quam ſolet in recens natis, duplo capacior, fere cylindrica.

p Ibid. K L

q Ibid. K

Hepatis partis dextrae, quae lobus vocatur perperam in homine, margo anterior apparet leuiter prominere exporrectus extra hypochondrium (r), atque ſenſim iuxta limbum, qui fit a cartilaginum coſtarum ſpuriarum coniunctione dextra, adſcendit cartilaginem oſſis pectoris mucronatam verſus, inde ſub hypochondrio ſiniſtro deliteſcens (s). Locus autem ingreſſus venae vmbilicalis, vt iam notatum eſt, nihil inſolitum exhibet.

r Ibid. C

s Ibid. D

Inteſtina tenuia ſana, colore naturali adhuc praedita, in gyros flexa, opplent ſub hepate hypochondrium dextrum, atque eiusdem lateris ilia, vt et dimidiam circiter partem medii abdominis ſuperioris (t), inde deorſum, magis et magis dextrorſum flexa, eo comprimuntur loco ſiniſtro excluſa, a corpore quodam ad attactum dure expanſum membranaceum, quod oblongo-rotundum, coloris ex flauo fuſci, vti eſt inteſtino colo meconio repleto naturalis, figura, et magnitudine perfecte refert ouum gallinaceum (u). Exporrigitur hoc a loco peluis inferiori, iuxta ilia ſiniſtra, ad coſtas ſpurias, deliteſcens ſub margine cartilagineo harum in hypochondrio ſiniſtro, atque latitudine et expanſione fere dimidiam ſiniſtramque partem totius abdominis occupat. Vnde euenit, quod neque

t Ibid. E E E E

u Ibid. X Y

que ventriculus, neque lien, nec omentum conſpiciantur, ſolum apparet gyrus inteſtini coli ſub cartilagine mucro-
v Ibid. T U nata ſterni deſcendere (v), qui reflexus adſcendit,
w Ibid. U V ſeſe ſub hypocondrio ſiniſtro inſinuans (w). Conſpectum hunc abdominis aperti, ne hilum attacto; multo minus loco remoto, accuratiſſime delineari curaui; deinde remotis prudenter, quae viſum impediunt, inteſtinis tenuibus, atque eleuatis hypochondriis, deprehendo quidem ſuo loco, ſed ab inteſtinis et inprimis ab ouiformi membranaceo corpore compreſſum ventriculum, ſurſum truſum, et plane vacuum, ſub iisdem latitare. Tenuiſſimum itidem et arachnoideum omentum ab eadem cauſa eleuatum conuoluitur, parte modo liberum parua, quae inteſtini coli leuem plagam tegit. Lien itidem eleuatum ab hac preſſione, ſuo tamen loco adiacet ventriculo.

a Tab. XI. C D Eleuato hepate, pars eius concaua (a) naturalis ap-
b Ibid. B paret, et locus (b), quem vena vmbilicalis (c) intrat in-
c Ibid. A ferne etiam rite diſpoſitus. Iam notaui, colon longe praeter naturam intortum, tam ad hepar, quam ad ventriculum, ibi, vbi in ſiniſtro latere ſolet inflexum deſcendere, formare ſaccum, magnum, oblonge-rotundum perfecte ouiformem deſinentem in apicem obtuſum, qui rotundus, quantum preſſu et flatu externe adacto apparuit, coecus clauditur, et dure inflatus extenditur.

Notatas et examinatas has partes dum delineare tentat Pictor, id fuit incommodum, quod nulla manuductione potuerint apparere ea, quae maxime notanda forent, quoniam corpus ouiforme, in quod colon deſinit, extenſum reliqua ex ſuo naturali loco ſurſum, et ad latus dextrum trudebat, dum in fornicem tenſum diaphragma,

et

et arcta hypochondria obſcuritate a ſuperiore examen, et magis partium figurae delineationem, obnubilabant et opperibant. Auferendo ergo ſternum, reliquis omnibus intactis, aperui pectus, vt flaccidum et collapſum diaphragma, eleuataque hypochondria, liberiorem darent proſpectum. Notandum ergo eſt, partes omnes deorſum explicatas latius occupare ſpatium, quam cum, integro thorace, ſurſum tenſum diaphragma omnia teneret ſuſpenſa in ambitu magis arcto: vnde et anguli inflexi coli inteſtini latiores, quam intra abdomen erant. Cautum tamen eſt, vt nihil omnino ſuo loco moueretur, niſi iam prius dextrorſum flexa inteſtina tenuia.

Tum vidi Ventriculum (d) colore et figura naturalem, plane vacuum, per pellucidum omentum (e) transparentem parte ſua inferiore, qui fundus dicitur (f) haerere ſurſum, eo truſum a corpore ouiformi. Omentum (g) tenuiſſimum arachnoideum, pulchre naturale, ab eadem cauſa eleuatum, a fundo ventriculi (h) extenſum, iterum ſupra eundem multum conuoluitur, parte infima dextra coli flexuram tertiam tegens, ad dimidiam latitudinis, quartam et quintam, ad ſupremam partem (i). Lien inuerſum iacet ſuperiora verſus ad magnum ventriculi receſſum naturale (k), ſuntque omnes, quibus partes hae retinentur, membranae, peritonaei naturales propagines, leuiter extenſae. Hepar in omni ambitu, veſica fellis, vena vmbilicalis, vena portarum, caua ſupra, et infra hepar vena [excepto rami, qui azygos vices agit, ortu], ductus hepaticus, cyſticus, cholidochus, pancreas cum ſuo ductu, horum in duodenum inſertio, nihil exhibent praeternaturale notandum, contra ſe habent, vt in rite formato corpore ſolent diſponi.

d Ibid. F
e Ibid. G ff
f Ibid. ff
g Ibid. G
h Ibid. ff
i Ibid. g g
k Ibid. H

diſponi. Obiter noto, mihi haec omnia in exemtis poſtea, et attentiſſimo altero examine obſeruatis, ita apparuiſſe, quod tamen hoc loco monere ſufficiet, dum partium, quas iuxta modulum Natura formauit, deſcriptionem non ſuſcipio et taedioſa laboris, nominum, et partium, repetitio, praeterea iam frequentior, nauſeam creat. Inteſtina tenuia a ventriculi pyloro ad caecum vsque, naturalia quidem ſunt, ſiue colorem, ſiue fabricam reſpicias, loco tamen errant, preſſa omnia dextrorſum, inde et eo verſus inclinatur totum meſenterium, caeterum naturale. Ileum autem paulo ſupra inſertionem ſuam in colon, vbi intermedium coecum format, cum eiusdem appendice vermiculari rite diſpoſitum, duplici ſtringitur ſuſceptione. In colo inteſtino nihil reprehenditur, niſi decurſus et finis, hic in ſaccum magnum oualem clauſum dure expanſum exit, ille longe praeter naturam intorquetur. Colon quippe adſcendens ex coeco in latere dextro abdominis (l) retinetur, vt ſolet naturaliter, per proceſſus duplicatos peritonaei, qui inteſtinum ambientes, ab vtroque latere eiusdem conniuent, atque peritonaeo abdomen ſuccingenti ita inſeruntur, vt in eiusdem expanſionem abeant vtrimque continui. Vbi autem infimam et concauam hepatis partem attingit, inclinatur, primo parum ſiniſtrorſum, mox vero iterum dextrorſum (m) [quae tamen flexura multum in figura aucta eſt a depreſſo hepate poſt apertum pectus] locum fere attingens, vbi vena vmbilicalis hepar ingreditur (n); inde ad acutiſſimum angulum ad anteriori inflexum (o) deſcendit leuiter ſiniſtrorſum (p); inde flectitur ſiniſtrorſum angulo acutiſſimo (q) ſurſum, et adſcendit iuxta priorem flexuram leniter dextrorſum incuruum

l Ibid. L. O

m Ibid. O P

n Ibid. B

o Ibid. P Q

p Ibid. Q R

q Ibid. R

curuum (r) ad dimidiam altitudinem deſcenſus mox de- r Ibid. R S
ſcripti (s), extremo ſuo magis adhuc dextrorſum et s Ibid. Q R
leuiter poſteriora verſus inclinatur (t) ſub co uoluto omen- t Ibid. S
to. Torquetur autem inde ſiniſtrorſum iterum et deorſum parum horizontaliter procedens tectum a priori flexura, atque emergit anteriora verſus (u) ductu lunato, ad dex- u Ibid. T
tra conuexo, deſcendens ſiniſtrorſum (v), media ſui ar- v Ibid. T U
cus priorem flexuram adſcendentem (w) attingens. Tandem w Ibid. R S
ductu lunato, ſiniſtrorſum iterum inflexum (x) rectum x Ibid. U
adſcendit (y), atque ſuprema ſui parte ad altitudinem y Ibid. U V
fere, quae eſt flexurae ſecundae (z) ad locum inſertio- z Ibid. Q R
nis venae vmbilicalis in hepate (aa), proxima, ſiniſtror- aa Ibid. B
ſum incuruatum ſeſe inſerit a parte ſuperiore, vel potius ſubito expanditur ibidem, in ſaccum oualem, membranaceum, dure expanſum, ouo gallinaceo figura ſua et magnitudine perfecte ſimilem (b b). bb Ibid. X Y

Saccus hic, tam ad membranaceam ſuam fabricam externe conſideratam, quam ad colorem, conuenit quidem cum inteſtino colo, non tamen in illo vlla veſtigia dictorum ligamentorum deprehenduntur, quae, vt ſemper in colo, etiam hic apparent, quaeque in ſacco euanuiſſe videntur a nimia extenſione; a latere autem poſteriore retinetur iisdem perfecte proceſſibus membranaceis peritonaei, quales iam in coli adſcenſu, in latere dextro, notaui, et hic ad deſcenſum eiusdem in ſiniſtro naturaliter adſunt, caeterum undequaque liber eſt.

Exemta omnia haec notata viſcera de integro examinaui, et vidi tum, inteſtina tenuia, ſolo flatu leuiter diſtenta, in colo autem faeces non valde duras, easdemque ſaccum dictum ouiformem, vna cum aëre contento

tento opplere, deprehendi. Partes has, poſt toties repetitum examen et delineationis moram, iam ſemiputridas ſeruare tamen volui, vt in rei veritatem inter rariora locum occuparent in Gazophylacio Anatomico, ideo nihil diſſecui, ſed aqua ſpirituoſa inteſtinum colon et ſaccum a foecibus depuraui, quas vidi perfecte referre meconium, quale ſani recens nati infantis cloacas obſidet. Caeterum, exemtis his, iam intra corpus [vti nec apparuit antea [A] extra illud] nullum omnino veſtigium conſpicitur, quod inteſtinum rectum, multo minus eiusdem extremum, anum nempe cum ſuis muſculis declarat: finis enim inteſtinorum vltimus eſt apex ſacci ouiformis inferior clauſus, in quo collectio meconii.

Ipſum iam cauum abdominis inferne notatur, ſupra pſeudo-peluim anguſtum determinati peritonaeo arcte ſupertenſo (a), ſub quo non iſta cauitas deprehenditur, quam ab anteriore et laterali parte veſica vrinaria, vna cum illis, quae huic apponuntur, a poſteriore autem inteſtinum rectum implent, inter quae media in foeminis vteri pars infima, et imprimis eius vagina, locatur, implente ſimul celluloſa, pingui infarcta, interſtitia vacua: dum partem circiter dimidiam ſuperiorem veſicae, ſupremam inteſtini recti, totam fere vteri, ſeſe ad horum figuram accommodans, peritonaeum ambit et velat, arcte per celluloſam intermediam illis omnibus accretum. Aſt vero tangitur, ſub expanſo peritonaeo, durum, oſſeum, inaequale, declinare, antrorſum gracileſcere in apicem obtuſum, regionemque pubis occupare, quale hoc ſub nomine peluis in hiſtoria oſſium [B] deſcripſi. Superne autem diaphragma

a Tab. XII. 14. 14.

[A] pag. 4. IX.
[B] pag. 31.

diaphragma ſeſe naturaliter habuit, vnde et abdominis cauum naturale ibidem et amplum erat.

Immiſi tunc in aortam, ſupra diaphragma in thorace abſciſſam, tantillum liquefactae materiei ceraceae, cinnabarino colore tinctae, quae ſufficit ad vaſa, ex illa orta examinanda, ne vlterius implendo partes ſemiputridas rumpantur, et cera extra vaſa collecta earumdem examen confundatur. Venam cauam autem, tubulo ſupra hepar immiſſo, cera albo pigmento colorata repleui, vt eiusdem rami apparentes diſtinguantur ab arteriis, ſic tenerrimarum partium et vaſorum decurſum inſtituere faciliorem potui indaginem. Separatum deinde totum abſtuli diaphragma, et exemi viſcera thoracis, quae perfecte naturalia inueni. Quod vero lumbos ſuccingit et cauum abdominis, peritonaeum reliqui integrum, tum vidi decurſum vaſorum talem.

Aortae pericardio egreſſae truncus, quem adſcendentem vocant, fuit cum ſuis ramis naturalis, qui partibus ſuperioribus proſpiciunt. Inferior ſiue deſcendens flexus iuxta naturam, ſub membrana coſtas ſuccingente, ad latus corporum vertebrarum dorſi ſiniſtrum, celluloſa tela inuolutus deſcendit (a), intercoſtales arterias ſuppeditat, atque ſub diaphragmate poſt peritonaeum, eiusdem celluloſae propagine circum ducta abdomen intrat. Dat autem ſuo loco, in tranſitu, arteriam diaphragmaticam (b) deinde in parte media anteriore coeliacam (c) et meſentericam (d), infra has ad iuſtam diſtantiam meſentericam inferiorem, ſiue meſocolicam (e), intra has vltima laterali ſuo loco, arterias emulgentes, ſed tenues et puſillas (f): ſiniſtra eſt, haec (g) quam dextra (h), altior

a Tab. XII. & XIII. A
b Ibid. B
c Ibid. C
d Ibid. D
e Ibid. E
f Tab. XII. F G
g Ibid. G
h Ibid. F

tior a latere meſentericae dextra inferior, ſed parum
i Ibid. I craſſior. Arteria ſpermatica ſiniſtra (i) longior oritur,
k Ibid. I G quaſi communi trunco ex aorta cum emulgente (k) ac illa inſignis et cum eadem ramulos ſpargit per ſuperficiem
l Ibid. i i renis (l): inde, extrorſum lunato ductu conuexa, deſcendit ſub peritonaeo, dextra autem breuior naturaliter ex aor-
m Ibid. H ta emergit (m). A poſteriore dat interuallis vertebrarum dorſi arteriolas, truncus autem aortae inſignis, et fere cylindricus, poſt emiſſos ramos deſcriptos, ad infimam peluim, non, vt ſolet, in iliacas finditur, ſed in toto decurſu, ſupra lumbos leuiter eleuata, atque inde peritonaeum extendens, ad infimum locum peluis ſub coeco eiusdem ſacco, et deinde in arcum flexa ſupra hoc decurrit, atque in ipſam vmbilicalem arteriam exporrecta, ad vmbilicum adſcendit unica recta et conti-
n Ibid. K L nua (n). Eſt autem aortae deſcendentis et in vmbilicalem arteriae continuationis, tanta diameter, vt ſub hac nulla appareant abſcondita vaſa, ſed, ablato deinde peritonaeo, et trunco arteriae communi ad latus ſiniſtrum in-
o Tab. XIII. K L clinato (o), conſpicitur ramus arterioſus ortus ad ſupremam lumborum vertebram a parte poſteriore deſcendere, atque compenſare aortae ad partes inferiores ramorum
p Ibid. F G. diſtributionem (p). Hic etenim trunco ſuo, qui quadruplo minoris diametri eſt, quam continuatio aortae in
q Ibid. δ ε arteriam vmbilicalem, ſub vena caua (q) ſeſe inſinuat, atque ſupra mediam partem corporum vertebrarum lumborum decurrit verſus inferiora, fiſſus ad imam peluim
r Ibid. H I in duas arterias iliacis ſimillimas (r), quarum vtrim-
s Ibid. a b c β γ que vna ſupra muſculum pſoam (s) per latera peluis tendit ad crus, muſculis et integumentis vaſa ſuppeditans,

in

in ramos et ramulos ſenſim diuiſa. Trunculus autem nullos dat ramulos, niſi ad ſingula interualla vertebrarum lumborum vtrimque arterias lumbares (t). Ex arteria [t Ibid. PPP] autem iliaca dextra mox poſt eius ortum proſilit ramus inſignis (u), in minores diuiſus per pſeudo - peluim diſperſus [u Ibid. ι ι]

Vena caua autem, quam hic anatomice ex trunco in ramos deſcribo, orta ex ſinu cordis anteriore, in tranſitu per diaphragma accipit duplici inſertione venam diaphragmaticam, et poſt hepar in abdomen deſcendens dat ſuo loco venas emulgentes. Harum ſiniſtra (a) inſi- [a Tab.XII.P] gnior eſt, quam dextra (b), et in arcum flexa truncum aor- [b Ibid. O.] tae ſuperſcandit ad renem ſiniſtrum: ex hac autem vena oritur, vti ſolet, ſpermatica ſiniſtra, quae cum arteria iuncta, per telam celluloſam deorſum tendit (c), [c Ibid. S] dextra autem ex ipſa vena caua emergit (d). Truncus [d Ibid. T] porro venae cauae (e) ſupra ramum minorem arterioſum [e Tab.XIII. δ ε] aortae (f), ad lumbos deſcendens, in ima pelui ad eun- [f Ibid. FG] dem locum, quo arteria diuergit, ſupra hanc in venas iliacas, cum arteriis comites ad crus tendentes (g) abit. Ha- [g Ibid. ζ η] rum dextra (h) eſt, quam ſiniſtra (i), maior, quae mox, [h Ibid. ζ] poſt dichotomiam dat inſignem ramum (k), itidem cito [i Ibid. η] [k Ibid. θ ι] fiſſum, qui partibus pſeudo - peluis proſpicit membranoſis. Eo vero loco, quo vena caua ortum rami arterioſi ex aorta ad ſupremos lumbos ſuperſcandit, infra hunc a parte poſteriori ramum dat inſignem (l), qui ſub eodem [l Ibid. α] reaſcendit adeoque cum trunco mediam arteriam (m) [m Ibid. Finter κ. δ.] comprehendit. Finditur ramus hic poſt ortum ſuum ſtatim in venas duas inſignes, quae ſub diaphragmate in pectus introeunt. Altera harum exterior (n) ad latus [n Ibid. λ] dextrum vertebrarum dorſi decurrit, altera interior (o), [o Ibid. μ]

 ſupra

ſupra harum corpora pergit, atque medio in pectore ite-
p Ibid. y. rum coeunt in ramum inſignem (p), qui aſcendendo iux-
ta latus ſpinae dorſi dextrum inſeritur venae ſubclauiae
dextrae inferne, inſertioni iugularis internae a ſuperiori
q Ibid. ξ. oppoſitus (q). Truncus hic inſignis fungitur munere ve-
nae azygos, intercoſtales ex interuallis vertebrarum reci-
piens, neque caeterum vena ſine pari apparet.

Foetus porro intus conſpicitur pertinere ad ſexum foemininum, licet minime perfectus, vti enim externe nulla notantur pudenda, ita genitalia interne mutilata et quaſi truncata deficiunt. Adſunt (a). Ouaria, et conſpiciuntur tubae Fallopianae (b) cum adnexis ad extrema ſua fimbriis, quas ornamenta foliacea vulgo dicunt (c). Haec integerrima et naturali ſuo loco ad infimos lumbos diſpoſita, intra cauum abdominis libera, peritonaeum more conſueto a poſteriori parte intrant, et inuoluta eiusdem proceſſibus circum ambientibus nectuntur inter ſe (d), diſpoſita in latere ſiniſtro, transuerſa (e), in dextro vero locantur eleuata (f). Accedunt ad ouaria ſpermaticae arteriae (g), et venae (h), ſuo naturali loco ortae, et inſertae. Tubis autem Fallopianis, vbi caeterum anguſtantur, et (i) ad fundum vteri tendunt, leuis vtrimque apponitur tuberculus (k) noduli inſtar, ſed mollis, membranaceus, in quem videntur deſinere: iunguntur autem hi tuberculi inter ſe, tenui membranacea chordula (l), quae tenſa ſub peritonaeo decurrit, ab eodem ſuccincta, aortae continuationem ſuperſcandens (m). Quo vero loco noduli hi membranacei ſub tubis inflectuntur, ibidem ligamenta (n) vteri rotundis ſimillima, ſub peritonaeo, illi more ſolito inuoluta procedunt, atque, eo relicto,

a Tab. XII. 1. 6. b Ibib. 2. 3. 7. 8. c Ibid. 2. 7. d Ibid. 5. 10 e Ibid. 6. 7. 8. 10. f Ibid. 1. 5. 2. 3. g Ibid. I. H. h Ibid. S. T. i Ibid. 3. 8. k Ibid. 4. 9. l Ibid. 11. 12. 11. m Ibid. 12. n Ibid. 13. 13.

per

per celluloſam pergunt et annulos muſculorum abdominalium tranſeunt. Vterus vero adeſt nullus, neque veſtigium vaginae, aut veſicae vrinariae conſpicitur. Flatus intra foliaceum dictum ornamentum, per aperturam tubae, vtrimque immiſſus has extendit cauas libere tranſiens ad nodulum vsque, nec vlterius progreditur, aut hunc inflat, neque apparet commercium vllum inter vtramque tubam per chordulam nectentem, quidquid tentauerim, dum partes abdomine continebantur, vel poſtea in iisdem exemtis anxie inquiſiuerim.

Renes in lumbis conſpicui ſunt ſub peritonaeo, et ab eodem ſuccinguntur a figura aberrantes (a), nam praeterquam quod [vt infantibus fieri ſolet] non diuerſis, ſibi inuicem appoſitis et coniunctis fruſtulis protuberant, phaſeoli formam prae ſe ferunt compreſſi, neque exſcinduntur in lunulam, quo loco interiore vaſa ingrediuntur et exeunt. Contra arteriolae emulgentes et venae tenues non ipſam intrant ſuis truncis ſubſtantiam internam renum, ſed cum ramis, qui ex arteria ſpermatica, inprimis in latere ſiniſtro, ſuppeditantur, diſperguntur per ſuperficiem prius externam, eamque ſuperſcandentes repunt, et poſtea horum internam ſubſtantiam ramulis ſuis permeant. Vreterum ex renibus non apparet vllum exitus vel reptatus ſub peritonaeo veſtigium, neque in exemtis poſtea diſſectis et examinatis apparuerunt papillae dictae in cauum peluis ſe exonerantes; ſed eſt ſubſtantia ad nudum et armatum oculum, quaſi, vaſculis intertextis, homogenea, fere vt glanduloſa recens, ſed mollior. Et quidquid inquiſiuerim in vtroque latere, nullum vidi veſtigium renum ſuccenturiatorum.

a Ibid. Q. R.

Haec eſt deſcriptio partium in abdomine et in pelui praeternaturalium et mutilatarum. In thorace vero et encephalo, anxie examinatae partes continentes et contenta viſcera et vaſa, fuere iuxta naturam conſtituta, niſi quod venae azygos abſentiam compenſet inſignis truncus, ex vena caua ortus, et ſupremae coſtae vtrimque ſolito fuerint graciliores, tertia autem et quarta in vnam concreta in latere vtroque ad principia, vti in oſteographia harum partium iam monui.

Patet ex hiſtoria Anatomica, foetum hunc, perfectum fuiſſe hominem, ſed Naturam in producendo inferiora nimis auaram partes mutilaſſe, atque immutaſſe harum figuram. Vropoieſis imperfecta fuit, defectu veſicae vrinariae, vreterum, et renum fabrica informi. Chylopoieſis bona fuit, niſi quod inhibita fuerit foecum ab eadem ſuperſtitium euacuatio exitu per anum abſentem negato. In Cholopoieſi nullum deprehendo vitium, neque in ſpermatopoieſi, interim ad conceptum plane inepta fuit fabrica, vteri ipſius et vaginae defectu, huiusque per pudenda aperturae abſentia.

An in conceptu et prima deinde conformatione omnium partium organicarum lineamenta, diſtincta, adſuerunt integra; ſed poſtea, a cauſa in illa violenter actuoſa, mutilata et deleta, vel in vnum adacta, concreta? Conſiderata oſſis femoris pars inferior, oſſis tibiae ſuperior, et harum, per tertium condylum ex duobus conglutinatum, tertio ſinu, ex duobus confluentibus formato, per tertium articulum, coniunctio; vtriusque patellae ad latus concretio, hic quaſi ex binis diſtinctis ad ſe inuicem adductis et intropreſſis, videtur exhibere concretionem in vnicum, in femore inferiore et tibia ſuperiore atque patella vtraque, diſtinctam ex duobus prius diſtinctis

ctis ſupra in ſemore, infra in tibia, deleto inſuper ſigno interſtitii vtriusque oſſis. Adde, quod adſit omnium oſſium et cartilaginum peluim conſtituentium praeſentia, ſed mire adeo intorta, vt oſſa ilium poſteriora verſus et ad ſe inuicem inclinata per lineam rectam in vnum concreſcant latere ſuo poſtico, atque ita os ſacrum introtrudant ſibi interne et cum pelui concretum, vt huius partem poſticam efficiat. Oſſa vero ischii et pubis depreſſa, deinde ita inuertuntur, vt partes horum exteriores laterales introrſum reclinentur, atque reflexae in medio peluis ſibi obuiae concreſcant in ſepimentum medium elatum, quod vtrimque pubis foramen, omnium totius corporis patentiſſimum Veſalio, et ab oſtii imagine θυρεοειδες nuncupatum, diſtinguit. Ab hac inuerſione acetabulum dextrum et ſiniſtrum ambitu externo ad ſe inuicem accedunt et in vnum oblongo quadratum cauum confluunt in parte poſtica infima informis peluis. Adſunt ergo non modo partium lineamenta, verum et ipſae partes, vt pulchrius patet, ſi ſingulae cum bene formatis, et ſeorſim examinantur; ſed intortae, concretae, mutilatae, loco errant et figura. Hinc non multum dubito, quin primo formationis tempore [ſit illa qualiscunque] adfuerint omnium partium delineationes figura naturales et ſuo quaeque loco diſpoſitae, ſed puto, quod cauſa quaecunque premens, comprimens, deſtruens, deformauerit has adhuc teneras, vel poſt vel ante conceptum in primo ſtamine. Qualis autem haec fuerit vis, quae potuit duo oſſa femoris ſuperiore, duo oſſa tibiae inferiore parte coniuncta inſuper in ſubſtantia diminuere, et duas fibulas, totos binos pedes, et in oſſe femoris duplicis binos tro-

chante-

chanteres minores in nihilum abolere, non excutio, de effectu ipſo, omnia haec conſiderando, adhuc dubius haerens.

An ergo partes ſolidiores ad ſe inuicem applicatae, deinde compreſſione concretae, et ingreſſu quaſi vnius in alteram conglutinatae, molliores ſibi appoſitas partes mutauerunt, deformarunt, concreſcere fecerunt, et inter illas interpoſitas mutilando compreſſerunt, tandem plane deſtructas deleuerunt? In muſculis abdominis parte inferiore, anteriore et laterali, tendinea inprimis, extenſis, hoc euidens eſt, ſecuta depreſſionem et inflexionem oſſium iſchii et pubis atque retropreſſionem et concretionem oſſium ilium. Nec hoc adeo mirum, quoniam fibrae horum muſculorum carneae et tendineae admodum dilatabiles et contractiles ſunt, vti in reſpiratione, repleti et depleti abdominis diuerſa facie, et maxime in foeminis grauidis, ſenſim intumeſcente vtero, apparet; quo euacuato, illae adeo dilatatae ad priorem ſtatum, et quidem cito redeunt, remanente laxitate et flacciditate ſaepe in aliis, vnde poſt repetitum partum rugoſum abdomen. Vidimus ita nuperrime in cadauere nono menſe Grauidae ante partum extinctae, aponeuroſes muſculorum abdominlaium vna cum peritonaeo, non modo vbi ex carne procedunt, ſed et ibi, vbi decuſſatione fibrarum lineam albam conſtituunt, ita extenuatas, vt ſimul inciſae tenuiſſimam chartam adaequarent, nec craſſior fuit extenſa cutis: et tamen ſi felix acceſſiſſet vteri euacuatio, negata ob molem et peruerſum infantis ſitum, rediiſſent hae fibrae ad priſtinum tonum. Sed attentionem magis excitat, qui concretioni oſſium ſuperponuntur, muſculorum in vnum coalitus

ſitus, abſentia vero illorum, qui intra concreta bina oſſa per latus internum procedunt, naturalis autem diſpoſitio eorum, qui per vtrumque femur ab attactu et concretione liberum, decurrunt. Sic vidimus, vtrumque vaſtum internum, acceſſu oſſium ad ſe inuicem, ex duobus conglutinari: deſiderari muſculos plurimos, qui iuxta femur internum decurrunt: et eſſe naturales, naturaliter diſpoſitos atque concretione liberos muſculos, rectos cruris, vaſtos externos et ſartorios a parte anteriore et laterali: a poſteriore vero et ſimul laterali parte bicipites cruris, ſartorii, et illi, quos ſemitendinoſos, quosque ſemimembranoſos vel graciles puto, et, quem in femore dextro adductorem, in femore vero et tibia gemellos, voco, integri locantur. Fuiſſet ergo horum omnium diſtincta et alia diſpoſitio, antequam cauſa actiua oſſa, prius libera, ad ſe inuicem preſſit, compreſſit, et concreſcere fecit. Certe ſi in cadauere arte poſſent duo oſſa femoris ad ſe inuicem ita diſponi, vt latere interno compreſſa ad alterum introirent, auferendi forent ex internis femorum muſculis, qui et hic deſiderantur: qui vero concretioni oſſium apponuntur, in vnum confluere et iuxta ſe inuicem, vt pares, locari deberent ex vtroque femore vnus, qualis illorum eſt conſpectus in noſtro foetu. Comparatio tabularum Euſtachii vigeſimae octauae et nonae, trigeſimae ſecundae, tertiae, quartae, quintae, ſextae, et Albinianae muſculorum corporis humani primae ad octauam tabulam, in femoribus muſculis hoc facile docet. Omnia haec cum naturaliter conformatis et imprimis his tabulis, in oſſibus et muſculis, ſingula et minima ſollicite et anxie comparanti dudum haec ſubiit ſpeculatio. An quidem interno latere concreta ſint

oſſa femoris, tibiae atque patellae? imo vero, an non potius verosimile ſit, quod vtrumque femur et crus externe rotatum per ſuum latus, id eſt dextrum dextrorſum, ſiniſtrum ſiniſtrorſum, ita ad exteriora et poſteriora inuertatur, vt alterius lateri externo obuium, attactu deinde cum hoc concreſcat. Certe ſi conſideramus, os iſchium vtrumque ita ad inferiora, deinde et interiora fuiſſe preſſum, vt alterum in media inferiore parte peluis obuium tangat, hac inuerſione acetabula iungens, ſponte patet directio vtriusque oſſis femoris talis, qualem ſupra noto. Sententiam hanc magis firmat muſculorum directio et inſertio, tunc plane naturalis. Foret quippe medius condylus concretus ex duobus condylis externis, qui vero a latere vtriusque femoris prominet, eſſet condylus internus, dexter nempe et ſiniſter: atque ſartorii, ſemitendinoſi, ſemimembranoſi duplicis muſculi [ſiue ſit gracilis] decurſus, directio et inſertio tendinoſa, vtrimque naturalis foret iuxta condylum internum: et, qui concretus eſt in vnum muſculus, eſſet vaſtus vterque externus, integri vero eſſent interni: foret inſuper, pro dextro deſcriptus rectus cruris, ſiniſter: et patella ſiniſtra nuncupata, eſſet dextra, atque vice verſa: ſic appareret etiam clarior vtriusque cruralis abſentia. Dudum licet de hac re inter examinandas partes cogitauerim, vix vt certam exhibere auſus fui, ne audaciae in ponendis incertis arguar: monere igitur in fine malui, deſcriptis prius partibus, vt ſimpliciter illae ſuo in latere occurrunt. Patet porro, quomodo ad magis ſolidas ſe accommodant partes molliores, et inter illas agglutinatas compreſſae, adeoque loco remotae, mutilantur et truncantur: hoc ad lumbos infimus muſculorum ortus docet, et partium, quae in

peluis

peluis cauo locantur, eo deleto, deſtructio et abolitio. Si etenim in prima conformatione peluis rudimenta naturaliter fuerunt conſtituta, credibile eſt, veſicae vrinariae, vaginae, vteri, et inteſtini recti primordia ibi adfuiſſe, ſed ab obturata ſenſim per deformationem cauitate, qua continebantur, preſſa et compreſſa tandem in nihilum abiiſſe: negata illis extenſione, incremento, nutrimenti acceſſu, reprimente ſimul abdominalium tenſione. Quomodo enim partes molles ſenſim pereunt, docent preſſiones, compreſſiones, ligaturae, quibus tumores magni, et integrae partes, minuuntur, contrahuntur, moriuntur, cadunt: idem exhibet ſuppuratio, ipſam ſubſtantiam confundens et delens, inprimis in glandulis: et maxime in dictis his partibus extenſio et contractio declarat, vti exemplum enormiter dilatatae veſicae vrinariae vidi et deſcripſi [A], et nuperrime mecum in vtero mirati fuerunt plurimi Medici celeberrimi in grauida mox memorata, vbi extenſus ille ab oſſibus pubis ad ſterni cartilaginem mucronatam inſuper ita prominebat ad anteriora, vt ab vmbilico per ilia et lumbos ducta faſcia redux ad initium, menſuram ſesqui-vlnae exhibuerit: opplebat hic totum, ad decuſſim apertum etiam abdomen, vt de viſceribus omnino appareret nihil, niſi ſub hypochondriis vteri fundum cingens, flexura coli cum omento conuoluto. Ne exſpatier vlterius, erit inſtar omnium caſus vteri fere abſentis a ſola preſſione, quem mecum communicauit vir amiciſſimus Ioannes Andreas Vngebaur Noſocomii Militum Petropolitani Medicus ordinarius et Practicus feliciſſimus. Puellae viginti

L 2 circiter

[A] Obſeruatio Anatomic: Comm: Acad: Petrop: Tom. IV. inſerta.

circiter annorum, ſtaturae valde paruae, cadauer aperiendum ipſi traditur percuſſum a moccho ebrio, vt de lethalitate vulnerum reſponderet. In cranio inuenta fiſſura, et ſub eo ſanguinis extra vaſa collecti copia, curioſus fuit, an quid de grauiditate obſeruaretur. Inuenit ouaria, tubas Fallopianas vna cum ligamentis latis naturalia, ligamenta rotunda gracilia, et tendebant vaſa ſpermatica integra ad ouaria. Vterum vero vix vllum deprehendit: ille etenim magnitudinis fabae minoris, qualis eſt in puella vnius anni, firmiter inteſtino recto adhaerebat, omni cauitate deſtitutus: hinc tubae, caeterum naturaliter apertae, ad hunc obturabantur. En caſum illi fere, quem in foetu hoc obſeruo, ſimilem. Addit autem Vir dexterrimus, inteſtinum ileon non fuiſſe liberum, ſed infimis gyris coalitum, inſuper cum fine coli et initio inteſtini recti firmiter et late cohaeſiſſe. Vbi autem ileon cum recto concretum erat, cum eadem communicabat per foramina, quae commode piſum maius transmittebant, vnde putat, quod foeces ex ileo in ileon et rectum tranſierint. Suſpicatur autem, puellam hanc tenerrima aetate laboraſſe abceſſu in meſenterio, qui per inteſtina ruptus et poſtea conſolidatus cohaeſionem, et in cohaeſione foramina in inteſtinis reliquit, ſed ſimul vterum hac concretione ita ſtrangulauit, vt vlterius excreſcere et augeri haud potuerit, reliquis interim partibus, ad illum pertinentibus, relictis liberis. Potuit ergo preſſio, compreſſio, ſtrangulatio a concretis inteſtinis in parte ſuperiore impedire vteri extenſionem, et compreſſis, et a compreſſione concretis parietibus internis, huius delere cauitatem: ſi ergo tanto maior illa fuiſſet, an non potuiſſet vterum plane delere vel in

chordu-

chordulam comprimere imperuiam, relictis ad latera minus compreſſa nodulis membranaceis magis extenſis, vti in noſtro foetu conſpectus apparuit? inprimis ſi accedat ab inferioribus reſiſtentia, quae reprimendo cauitatem peluis plane delet, adeoque veſicam vrinariam, et inteſtinum rectum cum reliquis annexis mollibus peſſumdat. Pugnant certe haec obſeruata multum pro opinione illorum, qui ſtatuunt compreſſos in ipſo vtero gemellos concreſcere, vt inde oriantur monſtroſi bicipites et bicorporei foetus, vel tales, qui vno et altero membro ſuperfluo informes ſint: concretis in vnum pluribus, aliis truncatis, deinde plane deletis partibus, vt ſuperſit nullum harum veſtigium. Quod minus ſtupendum in tenerrimis his ſtaminibus, quam in foetu in vtero iam adulto, cuius tamen proſtant hiſtoriae, quas alias [A] citaui. Poſſet forſan et hac cauſa adhuc explicari abſentia vreterum, qui, poſt deletam veſicam vrinariam retrotracti, et in ligamentula exſiccati; primis ſuis initiis tenerrimi abierunt fere in nihilum, vel concreti cum membranulis diſparuerunt. At vero non video, qua ratione tuto ſimul exponitur, renum ex hac cauſa informis figura, cauitas deleta, fabrica aliena, et inprimis vaſorum arterioſorum et venoſorum, ad hos ramis, et per lumbos trunco, mirus, et a naturali aberrans, decurſus. Haec quidem videntur alii adſcribenda cauſae efficienti.

An potius partes omnes iam ita diſpoſitae fuerunt praeternaturales in primo ſtamine, ante et poſt conceptum, vt harum lineamenta deinde in informem figuram, ſed naturalem illis, excretae ſint. Locus hic non eſt excutiendi,

 qua

[A] Impet: facien: Hippocrat: § 402.

qua ratione fiat conceptus: in eo ſtamina dari primitiua, ſint iam qualiacunque, indubitatum eſt. Nihil etenim naſcitur ex nihilo. In illis autem poſſe, imo reuera ſaepe obtinere perverſam figuram, haud forſitan aliquis negat, niſi qui recuſat in minimis admirari, quae ſponte in maioribus apparent. Certe in procreandis monſtris, vt vocantur, quae a naturali figura aberrant, corpora, vti et in reliquis producendis actionibus, haud obſeruamus quotidie Naturam adeo ſimplicem, quam vulgo quidem putatur. Imo vero certam in illis gignendis regulam et normam quamdam video, nactus occaſionem ad hoc pulcherrimam. Seruatur quippe in Gazophylacio Academiae deformatorum numerus maior forſitan, quam vlla datur in Europa collectio. Debetur hoc, cum tot tantisque ad rem Phyſicam ſpectantibus curis, immortali PETRO MAGNO, cuius ſapientiſſimo mandato ex omni angulo late patentis Imperii in hoc centrum delata, confluunt. Conſpicio certe in multis, magnam inter partes externas analogiam, inprimis in bicipitibus, et in illis, qui vno capite bicorporei foetus ſunt. Eſt ita ad habitum externum nobis deſcripto et diſſecto foetus ſimillima figura, quam dedit vir celeberrimus atque amiciſſimus Iobus Baſter, Medicus et Practicus in Zelandia feliciſſimus, Academiae Caeſareae et Regiae Societatis Londinenſis Socius, [A], negata ſtulte ei interiora examinandi venia, quod eo magis dolendum, quia ad eiusmodi inquiſitionem vix aptior inueniendus: certe attuliſſet aperti corpuſculi inſpectio multum lucis

propoſitae

[A] Philoſoph: Transactions Num. 495. p. 479.

propoſitae quaeſtioni. Sunt in theſauro anatomico Academiae duo ſimiles foetus vno crure conſpicui, ſine vlla diſtinctione genitalium: at vero in extremo pes adeſt digitis diſtinctus, in vno tribus, in altero numero ſuperfluis, in quo externe patet duos in vnum concreuiſſe pedes. Prior videtur, quem Ruyſchius deſcripſit [A]. Eſt in curia Medica foetus huic diſſecto et deſcripto, vt ouum ouo, ſimilis, niſi quod inflexio cruris ſit ſiniſtrorſum, et a parte poſteriore ad nates aliquid in cute promineat: huius impetraui diſſecandi veniam, et iam figura corporis externi anterior et poſterior delineata eſt. Abſolutis ergo hiſce, ad examen internum me accingam, et nactus otium obſeruata edam.

Reſtat tandem alia quaeſtio, cui tutius reſpondetur, ſcilicet: *An ante natiuitatem et ad primam reſpirationem, in vtero degente foetu, partes deformatae eandem habuere figuram et ſitum, ac poſt hanc? Et an poſt natiuitatem ad mortem vsque, per viginti quatuor horas in vita fuere ſimiles, quales illae poſt mortem ſunt inuentae?*

Quod ad oſſa concreta, muſculos, eorumque informem figuram, quod ad partium deficientium abſentiam attinet, omnia haec ante et poſt partum in vita et morte eadem fuiſſe, facile affirmamus, quia tantillo temporis ſpatio viginti quatuor horarum, quibus infans vixit, ita a naturali ſtatu mutari, concreſcere, mutilari, et in nihilum euaneſcere, haud potuerunt. Vidimus interim, viſcerum abdominalium, quae vulgo dicuntur intra peritoneaum diſponi, figuram et fabricam eſſe naturalem, niſi quod inteſtinum colon, tam decurſu ſuo aberrat, quam quod eiusdem extremum in aliam et praeternaturalem figuram mutatur obturatum. Du-

[A] Theſaur: Anat: VIII. N. XLVI.

Dubito tamen, an tale illud exſtiterit, cum infans in vtero materno nondum reſpirauerat etiam natiuitati proxima; et an non longe alia ratione ſeſe habuerit tam ad inflexum naturalem, quam ad finem coecum. Notiſſimum eſt, quanta oritur in corpuſculo animalium reſpirantium mutatio, dum in vtero materno inſtar piſcis degit infans, vel natus homo diuas haurit auras, ſiue ſanguinis circulum, ſiue reſpirationis actionem, ſeu denique muſculorum et partium muſculoſarum contractionem et remiſſionem, reſpiciamus. Mutaſſe haec multum partium figuram et ſitum ſuſpicor, et quidem in colo inteſtino inprimis, attentus ad validam reſiſtentiam partium inferiorum, quae clauſae et obturatae tranſitum et exitum negant excernendis.

Fide digna enarratio Reuallia miſſa exhibet, infantem per viginti quatuor horas ſuperſtitem, vagitu et oblati auido aſſumtu, vitam declaraſſe. Reſpirationem affirmant alia etiam ſigna, ad aperturam pectoris pulmonum collapſus, eorum ſupra aquas natatio, apertura tracheae [A]. Huius ergo conſtat indubitata actio: haec autem quam valida, quanta vi premit ſubiecta! Ante primam inſpirationem in fornicem altiſſimam tenſum diaphragma pectus arctat, et concaua ſua parte ſuperius abdomen auget: pulmones contracti minimum, neque poſt vnicam dilatationem arctandum iterum, in eo ſpatium occupant

[A] *Pulmo foetus, qui non reſpirauit, in fundo aquae eſt ponderis, vt caeterae partes ſolidae corporis. Pulmo, qui ſemel reſpirauit, natat ſemper in aqua, licet poſtea comprimatur vndique ad expellendum aëra. Retinet autem* $\frac{1}{6}$ *partem aëris inſpirati.* Petit Ac: R: des Sc: 1733. P. 1. - 15. *hydroſtatice. Apertura tracheae, ante reſpirationem ad eam, quae poſt illam, eſt, vt* 1. *ad* 5. Ibid:

cupant; preſſa iacent abdominalia intra tenſum, nec depreſſum, diaphragma et otioſos muſculos abdominales, dum nondum reſpirauit increſcens foetus, materno ſanguine nutritus, proprii cordis, iam ſimplicis, actione, intermedio foramine ouali et canali arterioſo, motum tardum leniter accelerante. Simulac autem prodit in lucem, et diua veſcitur aura, tota columna aëra glottidem premit, aperit, viam pulmonum aëream ingreditur, atque, adiuuantibus muſculis reſpirationi inſeruientibus, coſtae eleuantur, thorax atque pulmones extenduntur, eodemque temporis articulo viae ſanguiferae per hos aperiuntur, mutatur humorum per vaſa circulus, atque viuit infans vitam humanam, ſeu potius amphibii, cum primae viae non tam cito occluſae, in eiulatu, tuſſi, ſternutatione, aëre intra pulmones retento, haud videntur omnem humori tranſitum negare. Dum vero haec fiunt, diaphragma parte ſua muſculoſa deprimitur in planius, premit abdomine contenta ſibi ſubiecta, illa premunt muſculos, inde, vbi molle eſt, abdomen extenditur reprimens. Poſt momentum ſequitur exſpiratio, inde abdominis, pectoris, adeoque pulmonum iterum anguſtatio, nunquam tamen in tam arctum, ac prius, ſpatium, cum docuere experimenta, etiam per vim externam, haud poſſe pulmones ab omni aëre inſpirato liberari. Premunt eo temporis momento muſculi abdominales contenta, quae ſurſum preſſa premunt relaxatum diaphragma, hoc inde attollitur intra pectus, nunquam tamen adeo, ac prius, altum. Sequitur poſt hanc actionem iterum inſpiratio, quam excipit denuo exſpiratio. Preſſio interim atque repreſſio, partium extenſio atque arctatio, ab aëris inſpirati copia et re-

tenti expanſione, dependere facile patent; inde et huius inaequalis actio, quae continuatur alterna, nec ſemper eadem, dum viuit infans: hinc preſſio et laxatio alternatim, nec ſemper aequalis contentorum viſceribus abdominalibus: inde deorſum horum directio, maxime adiuuante motu ventriculi et inteſtinorum periſtaltico, eo determinante. Alui ergo et veſicae relaxatio, ipſis contentis irritantibus, meconii et vrinae excretio: quoniam omnes hae cauſae ſimul ſuperant reſiſtentiam ſphincterum muſculorum ani et veſicae, qui nondum fuerant dilatati. Actio reſpirationis alterna in hac infante per viginti quatuor horas vim dictam in contenta abdominalia exercuit, atque motus periſtalticus ventriculi et inteſtinorum indubitatus adfuit: hinc quidem contenta ex tenuibus in colon, et quae ibidem retinentur, preſſa fuere deorſum: atqui ibidem reſiſtentiam paſſa ſunt, quae maxima in fine coli, non perforati, tranſitum negauit: ergo vel redeundum illis erat via, quam transgreſſa erant, vel neceſſario debebant ad vltimum finem accumulari. Priori obſtabat motus idem ſemper et perpetuus, deorſum determinatus, et coli valuula; alteri vero idem ille motus opitulabatur. Faecibus autem et flatibus deorſum preſſis, atque motu perpetuo eodemque, magis et magis, accumulatis locus cedendus erat, exitu negato. Ergo inteſtinum fine ſuo clauſum, horum receptaculum, extendi debebat neceſſario in longitudinem, vel in latitudinem, ante rupturam, reſiſtentia ſenſim ſuperata. Elongationi obſtabat partium inferiorum oſſea durities et mollium tenſio, quam ad latera, maior. Dilatationi vero copiam dabant circum omnia mollia, ilia et abdomen ante-

terius. Circulus ergo inteſtini ad periphaeriam extenditur preſſus aequaliter, atque tubus ipſe elongatus premit, diaphragma inter et ſupremum ſui apicem, vacuum ventriculum et lienem ſurſum, vnde et tandem eo loco oritur reſiſtentia. Motus interim reſpirationis et inteſtinorum periſtalticus actuoſus et perennans, vim ſuam exercet in locum minus reſiſtentem; hic eſt inter duas flexurae inteſtini coli vltimae extremitates medius; vnde et hic circuli extenſio maxima, ſenſim ſurſum et deorſum minor, quo propius abſunt a fine reſiſtente tubuli extremi fibrae circulares extenſiles: vnde ſponte patet, naſci debere formam oualem ex conica, quamdiu reſiſtentia ambiens ſemper eadem et aequalis. Atqui hanc hic fuiſſe talem, apparet inde, quod continentia aeque, quam contenta, mollia fuere et extenſilia in ambitu, niſi quod ſoli lumbi reſiſtunt abdomini facile extenſili, vt patet in obeſis vbique, et in ſanis, poſt paſtum repletis viſceribus.


Natus ergo ſenſim, et a motu perpetuo impingente auctus, ſaccus loco ſuo extruſit adiacentia viſcera, occupans ſpatium, quod illa prius implebant: inde tenuia ſimul et craſſa inteſtina, vti meſenterium et meſocolon, dextrorſum et ſurſum preſſa, reliqui vero proceſſus membranacei extenſi ſunt; et hinc coli inteſtini decurſus deformatus fuit, qui forſitan antea quidem naturalis, in tot ſaltem gyros non inflexus, videtur. Sententiam hanc firmat maxime vita, per viginti quatuor horas ſuperſtes, et alimenti auida aſſumtio, cum certum eſt, ſi ſaccus ille ouiformis, dure extenſus, a prima natiuitate adfuiſſet, atque ita viſcera abdominis compreſſiſſet, imprimis ventriculum ſurſum inuertendo, vt paries parietem attingens omne cauum

occludat, quod ne guttula quidem liquidi deglutita, per oeſophagum in ventriculum deſcendiſſet, imo vero ipſa reſpiratio impedita vix vitam tam diu perrennaſſet.

Nato autem nouo obſtaculi augmento, dum pergit motus periſtalticus inteſtinorum, facile duplicis in ileo, coeco proximo, ſuſceptionis cauſa patet, cum determinatio deorſum in reſiſtens ingreſſum facilitat: neque latet phaenomeni effluentis ex naribus humoris ſubrubelli, paulo ante mortem, explicatio: inflatum nempe abdomen diaphragmatis motum impediens liberum, pulmones premit, hinc reſpirationis actio et ſanguinis per hos circulus impedita ſunt; preſſa inſuper aorta liberiorem tranſitum negauit humoribus inferiora verſus, vnde ſuperiorum impletio, inde ſuffocatio, et per vltima vaſa impetu dilatata ſanguinei humoris effluxio, mors.

Dubium vltimo mouet arteriae vmbilicalis, ſiue aortae continuatae, capacitas cylindrica. Haec an talis fuit ante natiuitatem, cum ad placentam tendens eo ſanguinem vehebat? An demum ex conica inuerſa figura, aucta diametro, facta eſt magis cylindrica, cum ligato et abſciſſo vmbilicali funiculo, et circulo humorum inuerſo, ſanguis per aortam vi emboli cordis in vmbilicum arietans, nec tranſire potens, eandem ſenſim dilatauit: imprimis ibi, vbi maximae columnae impetum ſuſtinet, quod eſt ad extremum ſuum in vmbilico ligatum? Certe quidem in rite formato corpore citius concreſcunt arteriae vmbilicales in ligamenta ideo, quia ſanguinis circulus augetur per aortam et arterias iliacas, atque illae ab hac motus directione reflectuntur, quod in hoc corpuſculo contrarium obtinuit.

EXPLICATIO





EXPLICATIO ICONVM.

Fieri non potuit, quin ſaepius pars redeat, iam in priori figura notata: vt ergo vno intuitu eadem appareat, iidem quoque characteres illi inſcribuntur. Vbi partes in dextro notandae ſunt diſtinctae ab iis, quae in ſiniſtro latere locantur, illas Romano, has charactere Graeco ſemper noto, vbi vero nulla differentia, literae etiam et numeri non differunt. Notandum autem eſt latus illud, quod in trunco corporis inferiore dextrum eſt, ſiniſtrum eſſe in femore et crure, et vice verſa. Ne porro delineationes multum deturpentur, partes ſubtiles et tenerae obſuſcentur, aut penitus lateant, ideo aliorum ſequor probatam methodum, et lineas Figuras deſignantes addo, quibus litterae indicantes inciſae ſunt.

TABVLAE PRIMAE ET SECVNDAE ICONVM EXPLICATIO.

Petenda eſt ex ipſius corpuſculi conſpectu anterioris in prima, poſterioris in ſecunda Tabula delineato, et Capite primo deſcripto. In prima tabula addidi ſpeciminis loco ex Elephante initium nerui quinti paris, vbi ex oblongata medulla oritur, poſtquam arterias et venas ceracea materia repleui, quarum vltimi ramuli inter ipſas fibrillas neruoſas decurrunt, ſubtiles adeo, vt vix delineari, vel ſculptura exprimi poſſint. Membrana cerebri, quam piam matrem vocant Anatomici, inciſa, cortinae inſtar eleuata, ambit primo ſubſtantiam medullarem cerebri, deinde ortum ex illa neruoſarum fibrillarum, quae diſtinctae ſolitariae; iterum ex fibrillis minoribus aggeſtis ortae, iuxta ſe inuicem decurrunt; atque vaſcula arterioſa et venoſa, ſimili decurſu inter ſe repentia, intermedia habent, quorum ramuli repleti fibrillas nerueas coronant, iisque proſpiciunt. Fibrillae vero nerueae mox, poſtquam ex ſubſtantia medullari emergunt, robur quoddam, compactiores factae, adquirunt.

TABVLAE TERTIAE

Figura prima.

1 2 3 4 a b c d e f g h i k l m n o p q. α β γ δ ε ζ η θ ι κ λ μ ν π ϛ.

 Vertebrae

Vetebrae dorſi qnatuor ſuperiores cum totidem coſtis in latere dextro et ſiniſtro articulatae.

1 b d β δ Suprema vertebra dorſi tota cartilaginea. d Dexter, δ ſiniſter ſinus, caput coſtae primae recipiens. b Dexter, β ſiniſter proceſſus transuerſus cum parte poſteriore c dextrae, γ ſiniſtrae coſtae, articulatus.

2 3 4. h i. θ ι. Tres ſubſequentes inferiores vertebrae. 2. 3. 4. Nuclei oſſei illarum intermedii. h Dexter. θ, Siniſter ſinus, ex coniunctione 2 ſecundae, cum 3 tertia vertebra. i Dexter. ι Siniſter ſinus, ex coniunctione 3 tertiae, cum 4 quarta vertebra, ortus, vtrimque capita concreta, k l in dextro, κ λ in ſiniſtro latere, p tertiae, q quartae dextrae, π tertiae, ϱ quartae ſiniſtrae coſtae, ſuſtinens.

a c e Coſta ſuprema dextra. a Caput, quo cum ſinu d, vertebrae primae articulatur. c Pars coſtae poſterior, qua cum proceſſu transuerſo b, interuentu ligamenti c b, nectitur. e Corpus coſtae antrorſum in ſpinam terminatae, ſiniſtro ε, breuius.

α γ ε Coſta ſuprema ſiniſtra. α Caput, cum ſinu δ, articulatum. γ Pars eiusdem poſterior, cum proceſſu transuerſo β, ope ligamenti β γ, nexum. ε Corpus coſtae antrorſum in ſpinam terminatae, dextro e, longius.

f. g. Coſta ſecunda dextra naturalis. f Additamentum eius cartilagineum caput formans.

ζ η Coſta ſecunda ſiniſtra naturalis. ζ Additamentum eius cartilagineum caput formans.

k l m n o p q Coſta tertia et quarta dextra, in initio concreta. k Additamentum vtriusque coſtae concretum in vnum capitulum cartilagineum. m n Principium vtriusque coſtae oſſeum in tenuem lamellam l intermediam concretum, quae, extremo ſuo n, valde extenuata, in duas tcoſtas p. q. diſcernitur. o Foramen in lamella m. n. perforatum pro ransmittendo neruum et vaſa ex medulla ſpinali prouenientia.

κ λ μ ν π ϱ Coſta tertia et quarta ſiniſtra, in initio concreta. κ λ Additamentum vtriusque coſtae concretum in vnum capitulum cartilagineum. μ ν Principium vtriusque coſtae oſſeum in lamellam, quam in dextro latere m. n. craſſiorem, latiorem, ſed breuiorem, et magis

robuſtam,

Fig. 1.




Fig. 2.




Fig. 3.




Fig. 4.




Fig. 7.



Fig. 5.





Fig. 6.



robuſtam, concretum, quae in duas coſtas π ϱ diſcernitur, ad quarum diuaricationem ν, neruus ex medulla ſpinali veniens progreditur.

Figura ſecunda.

Exhibet a poſteriore notanda conſpicua, quae in Prima Figura explicata ſunt. In dextro latere b e f g m n o p q: in ſiniſtro β ε ζ η μ ν π ϱ iisdem caracteribus ſunt notata: reliqua latent.

1 2 3 4 A poſteriore exhibent partes oſſeas quatuor ſuperiorum vertebrarum dorſi, medio ſegmento cartilagineo iunctas, quod ſpinae rudimentum continet in foetu naturaliter.

Figura tertia.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T U V W X notatur ſterni pars ſuperior dimida cum cartilaginibus quatuor coſtarum ſuperiorum, illi articulatis.

A B C D E F G H I Pars ſuperior A A cartilaginea, in adultis os ſterni triangulare dicta. B Nucleus oſſeus medium obſidens, a quo oſſificatio incipit. C Pars ſuprema cartilaginea, in qua D dexter ſinus dextram, E ſiniſter ſinus ſiniſtram clauiculam recipit et ſuſtinet. F Radix cartilaginis ſiniſtrae lata, quae ex ſterno continuata procedit in G apicem ad latus, et coſtae ſuperioris ſiniſtrae cartilaginem refert. H Sterni ſinus ſupremus dexter cartilaginem coſtae primae iu apicem obtuſum I oblique ſurſum deſinentem recipiens, et ligamento firmans.

K L M N O P Q R S T U V W X Sternum cum tribus reliquis coſtarum cartilaginibus articulatum. K Sinus ſecundus L ſecundam, O ſinus tertius P tertiam, T ſinus quartus U quartam coſtarum cartilaginem a dextro latere: M ſinus ſecundus N ſecundam, Q tertius R tertiam, V quartus W quartam coſtarum cartilaginem a ſiniſtro latere recipiens. S Nucleus oſſeus ſecundus et X tertius, a quo oſſificatio in ſterno incipit.

Figura quarta.

A B C D. α β γ 1 2 3 4 Tres ſuperiores naturales vertebrae lumborum a parte anteriore. A B C D Corpora dicta cartilaginea. α β γ Nuclei

Nuclei oſſei medii, a quibus oſſificatio incipit. 1 2 3 4 Ligamenta intermedia, quibus 1 ſuprema lumborum vertebra A, cum infima dorſi, 2 ſecunda B cum prima A, 3 tertia C cum ſecunda B iungitur. 4 Ligamentum, quo δ a d e quarta, cum C tertia vertebra iungitur contractum in latere dextro C a, latum in ſiniſtro D d.

δ ε. Vertebrae quartae et quintae infimae lumborum concreti nuclei oſſei. δ nucleus oſſeus quartae, ε quintae, concreti in vnum medium oſſiculum δ ε ſpongioſum.

a b c d e f g h i k l m n p Partes cartilagineae nucleis oſſeis in vnum concretis vltimae et penultimae lumborum vertebrae circumpoſitae, vel potius illis continuae nondum oſſeae factae: a b a latere dextro ad ſiniſtrum oblique: a c. a ſuperiore et oblique deorſum et ſiniſtrorſum: b g k ab inferiore.

a e f h g Columnula dextra cartilaginea maior, nata ex partibus vltimae et penultimae lumborum vertebrae lateralibus confluentibus. a e f Deſcenſu primo rectus. e f g Flexura ad angulum rectum f antrorſum et ſiniſtorſum. g Extremum, quo columnulae l ſiniſtrae extremum tangit, et deinde flectitur ad poſteriora introrſum. Vide litt: g c e Figur: 7 h Latus inferius, quod latum flectitur introrſum ad poſteriora, in quo i prominentia acetabuli. Vid. litt: h i k Fig: 7 quod recipit oſſis ſacri caput prominens. Vid: Tab: IV. Fig: 1. litt: I.

d. k. l. m. n. Columnula ſiniſtra, cartilaginea, minor, nata ex partibus vltimae et penultimae lumborum vertebrae lateralibus confluentibus. d k l Deſcenſus columnulae parum obliquus dextrorſum. k l Extremum eius rectius procedens, quod tangitur a columnula dextra g. k l m Inflexio ad angulum rectum ſiniſtrorſum prius, deinde et ad poſteriora. l m Latus inferius et ſiniſtrum, quod reflectitur introrſum. Vid: litt: l m r s t Fig: 7.

o Apertura triangularis canalis orti ab inflexione columnulae dextrae ſiniſtrorſum.

p Apertura canalis ſimilis orti ab inflexione columnulae ſiniſtrae ſiniſtorſum et ad poſteriora: per quos nerui et vaſa transmittuntur.

Figura quinta.

A A a a Dorſi vertebrae infimae pars poſterior. A A oſſea. a a Cartilaginea, oſſeam iungens, et ſpinae rudimenta continens.

B C D E

B C D E F G H I K L M N O P Q R S T U b c d e f g i k Vertebrarum quinque lumborum partes poſteriores oſſeae et cartilagineae inter ſe iunctae, a figura et coniunctione naturali aberrantes.

B C D E Partes oſſeae laterales dextrae, quatuor tantum numero, caeterum ſatis naturales.

F G H I K L Partes oſſeae laterales ſiniſtrae, a figura ſolita multum aberrantes ſex, vna eſt F numero ſuperflua.

B F G Partes oſſeae laterales primae lumborum vertebrae: B dextra naturalis, F G ſiniſtrae numero et figura praeternaturales. F Minor ſuperior, inſiſtens G maioris inferioris lateri interno.

C H Partes laterales, C dextra, H ſiniſtra, ſecundae lumborum vertebrae.

D. I Partes laterales, D dextra, I ſiniſtra, tertiae lumborum vertebrae.

E K Partes laterales, E dextra, K ſiniſtra, quartae lumborum vertebrae.

L Pars lateralis ſiniſtra quintae lumborum vertebrae.

b c d e f g Cartilago ſeptem laterum, iungens primae lumborum vertebrae partes laterales duas ſiniſtras F G, et ſecundae lateralem ſiniſtram H, cum parte laterali dextra B, a latere inferiore primae, et cum parte laterali dextra C, ab interiore ſiue ſiniſtro latere ſecundae lumborum vertebrae. Oritur primo latere b, a latere inferiore partis lateralis minoris F: ſecundo b c ab inferiore latere partis lateralis ſiniſtrae ſecundae lumborum vertebrae G: tertio c d a latere inferiore partis lateralis ſiniſtrae ſecundae lumborum vertebrae. Quarto latere inferiore d e libero, procedit ad dextras. Quinto e f oritur a latere interno partis dextrae lateralis C, vertebrae lumborum ſecundae: ſexto f g a latere inferiore partis lateralis B dextrae primae vertebrae. Septimo denique latere ſuperiore g b, libero, ad ſiniſtras procedit.

i Cartilagineum ſegmentum, quod ſpinae rudimentum continet, iungens partem lateralem dextram C vertebrae ſecundae, a latere inferiore, cum latere inferiore partis lateralis ſiniſtrae I vertebrae tertiae lumborum.

k Simile ſegmentum iungens partis lateralis dextrae D vertebrae lumborum tertiae latus inferius, cum latere inferiore partis lateralis ſiniſtrae K, vertebrae quartae.

M N O U Operculum oſſeum, quod ex corporis vertebrae lumborum infimae latere dextro U prouéniens, in duas partes diſtinguitur. Inferior M, iungitur cum ſuperiore N: in ipſa coniunctione ambae exſciſſae, foramen O medium, pro transmittendis vaſis, conſtituunt.

N P Q R S T

P Q R S T Pars lateralis ſiniſtra ex corpore vertebrae infimae lumborum ad poſteriora reflexa. Q Anterior eiusdem prominentia maior. R Deliquium. S Prominentia minor, quae extra articulum cum ſcuti oſſei limbo a poſteriori prominet, quae preſſa elaſtica reſilit. [Vid. pag. 9.] et a qua muſculi, in parte dextra concaua, et in ſiniſtra conuexa, oriuntur. P Foramen anterius vaſa transmittens. T Foramen poſterius, quod ex coniunctione cum operculo M N, a dextris veniente, formatur.

Figura ſexta.

1 2 3 4 5 6 7 Cartilaginis, primae et ſecundae lumborum vertebrae partibus lateralibus interpoſitae, facies ſeptem laterum inaequalium.

Figura ſeptima.

a b c d e f f g h i k l M m n p r s t Q R S U Superficies vertebrae infimae inferior, canalem ſpinae obturans, et articulationem cum ſcuto oſſeo, quod ex oſſibus ſacri et ilium concretum eſt [Tab. IV. Fig. 1.] praebens. Superficies haec duplex, dextra et ſiniſtra, ex omni ambitu infimae vertebrae [Fig. 4 et 5 delineato] reflectitur. Reſpiciendum in explicatione eſt ad figurae 4tae et 5tae partes infimas, in quibus eaedem literae, ac in hac figura, easdem partes denotant.

a b c d e f f g h i k M n U. Superficies inferior cartilaginea dextra iterum ex duobus fruſtis conſtat: quorum a b c f f g h i k anterius, M U d e poſterius eſt, horizontaliter reflexum: et quidem ad anteriora h g ex columnula maiore dextra [Fig. 4ta a e f h g. deſcripta] ad latus vero externum f f, ex eadem dextra introflectitur. i Margo, in quem exſurgit, formans acetabulum k, quod recipit prominens caput glabrum oſſis ſacri [Tab: IV. Fig. 1. I notatum] ligamentulo circumcreto firmante articulum. b c Pars poſterior contracta et in cornua tenuia exſciſſa, quae interuentu ligamentuli iunguntur cum cornubus d e oppoſitis fruſti cartilaginei minoris M.

M U d e n Superficies fruſti minoris ex operculo poſteriore dextro [Fig. 5ta M N U notato] a poſteriori M reflexa, et a latere U dextro poſteriore. d e Pars interior contracta et in cornua exſciſſa, quae cum oppoſitis b. c. iunguntur, et foramen medium n, pro transmittendis vaſis, formant.

l m p Q R S r s t Superficies inferior cartilaginea ſiniſtra horizontaliter reflexa ex columnula ſiniſtra [Fig. 4. litt. d k l m n p] et quidem a parte

a parte anteriore l m, a parte laterali p, a parte poſteriore Q R S [Fig. 5. iisdem characteribus notata.] r Caput ſinuatum, s Sinus, t Apex, quibus articulatur cum nodo E F G, qui eſt in parte ſuperiore limbi B B C C cartilaginei, oſſa ilium A A circumpoſiti. [Vide Tab: IV. Fig: Iam] Et quidem r cum E, s cum F, t cum G.

TABVLAE QVARTAE
Figura prima.

AABBCCDEFGHIK Oſſa ilium limbo cartilagineo cincta, et cum oſſe ſacro in vnum concreta, a parte anteriore. A A Oſſa ilium. B B Limbus cartilagineus, infra in apicem C C terminatus. D Margo limbi externus. E F G Nodulus, in quo E ſinus anterior acuminatus, G poſterior, F ſpina media prominens, quibus articulatur cum capitulo ſinuato r, ſinu s, apice t, in fruſtulo inferiore ſiniſtro vltimae vertebrae lumborum. H Deliquium, quod limbus çartilagineus patitur in dextro latere. I Caput globoſum cartilagine tenui cruſtatum, quod articulatur, mobili articulo, cum acetabulo in fruſto cartilagineo dextro maiore infimae vertebrae lumborum. [Vide Tab: III. Fig: 7. k]

L M M N N O O P Q R r r S Ambitus, partim cartilagineus, partim oſſeus, excauatae peluis a parte ſuperiore. L Cartilagineus globulus oſſi ſacro oſſeo continuus. M M Brachia eiusdem cartilaginea, in oſſea N N, continua, tecta a reflexis ab inferioribus cartilaginibus O O. P Synchondroſis iungens partes, oſſium pubis inſtar. Q Prominentia extra hanc coniunctionem eminens. R Cauitas peluis, conchae inſtar, exſciſſa. r r Duo ſemicanales in foramina rotunda deſinentes. S Coniunctio oſſea ab anteriore parte.

Figura ſecunda.

A A B B C C D G H Eadem notantur a parte poſteriore, quae iisdem characteribus notata ſunt in Figura prima, ab anteriore.

c c. Ambitus inferior ſcuti oſſeus.

K L M M N N O O Q R r r S a a b b Notatur pars inferior, partim oſſea, partim cartilaginea, oſſis ſacri, peluis, et acetabuli.

K L Pars inferior oſſis ſacri, K oſſea, L cartilaginea, cum reliqua pelui et acetabulo continua.

M M N N O O Q R r r Ambitus inferior. M M Brachia inferne ambientia, N N cartilaginea cruſta continua, oſſa, quae ſuperius

 nuda

nuda ſunt, ambiens, ad O O reflexa. [Vid. Fig. Iam] Q Pars extra ſynchondroſin prominens. R Baſis conchae peluis deinde ſepimentum efficiens, ex quo oriuntur r r ſemicanales.

S a b a b Acetabuli (vt videtur) cauitas ex duobus concreta. a a Ambitus eiusdem anterior, a b a b lateralis, b b. poſterior.

Figura tertia.

A B C D E F G H I K d e Femur vnicum a parte poſteriore, ſicuti trunco corporis, a parte anteriori, ſupponitur. A Media pars oſſea, vbi lateſcere incipit. B Caput globoſum cartilagineum, intus iam oſſeum. C Pars inferior latiſſima, cui additamentum cartilagineum continuum. D Ceruix. E Trochanter maior.

F G H I K Additamentum cartilagineum, F oſſi continuum, in quo G condylus externus ſiniſter. H Condylus externus dexter. K I Condylus tertius, ex concretione interiorum dextri et ſiniſtri praeternaturalis: vnde ſinus poſticus F K I amplus cauus formatur.

Notandum eſt: tecta parte femoris ſiniſtra A e, iuxta C K, exhiberi os femoris dextrum. Tecta vero parte d H, iuxta A I, os femoris ſiniſtrum repraeſentari.

Figura Quarta.

A B C D E F G H I K Notantur iterum omnia iisdem literarum characteribus, a parte oſſis femoris et additamentorum anteriore, quae notata ſunt, in mox praecedente Figura, a poſteriore.

a b c d e f Notatur vtrimque ſulcus diſtinguens, a quo muſculi vaſti interni in parte oſſea orti, decurrunt iuxta latus internum vaſtorum externorum. [Vid: Tab: VI. litt: h o K λ θ.]

1. 2. 3. Tres eminentiae inter duos ſulcos.

Notandum, iterum eſt: tecta 1 H iuxta a b c I, exhiberi os femoris ſiniſtrum: tecta vero 3 G, iuxta d e f K, os femoris dextrum notari.

Figura Quinta.

A B C D E Notatur patella dextra et ſiniſtra, latere interno ad angulum obtuſum concreta, a parte poſteriore. A Patella dextra, B ſiniſtra, C latus internum concretum et ſulcum efficiens. D Patellae ſiniſtrae, E dextrae, pars ſuperior.

Figura

Fig. 1.




Fig. 2.




Fig. 3.




Fig. 4.




Fig. 5.




Fig. 6.




Fig. 7.





Fig. 8.






Fig. 9.



Figura Sexta.

A B C Eadem, quae Figura quinta a poſteriore, ab anteriore exhibet: C gibba pars media eſt a concretione, quae a poſteriore ſulcum facit.

Figura Septima.

A B C D E F G Os tibiae, a parte poſteriore, femoris oſſi ſuppoſitum. A Pars oſſea, ſuperne lata, robuſta, trilatera, inferne gracilis, rotunda. B C D E F Additamentum ſuperius cartilagineum, in quo D ſiniſtra externa, C dextra externa, E media tertia cauitas ex duabus internis cauitatibus concreta, condylos femoris G H. I. K [Fig: 3] recipit. F Superficies plana inter condylos media.

G Additamentum cartilagineum inferius.

Figura octaua.

A B C D E F G Eadem a parte anteriore, quae in Figura ſeptima a poſteriore, notantur.

Figura nona.

A B C DD D E F G H I K L M Exhibetur ſuperficies inferior additamenti cartilaginei oſſis femoris, articulata cum tibia, interuentu ſegmentorum cartilagineorum ſemilunarium, vna cum adhaerente patella duplici, et ſaccis pinguiferis inter articulationem. A B C Patella duplex concreta. D D D Cartilagines ſemilunares, numero tres, inter ſe concretae, ad modum articulationis adaptatae. E Additamenti cartilaginei tibiae ſuperioris pars. F G H Tres condyli. I K Interſtitium inter tres condylos. L M Sacci, ſeu burſae pinguiferae, ſmegma inter articulationem ſudantes.

TABVLA QVINTA.

Exhibetur pars trunci corporis poſterior inferior, et ſcuti oſſei a concretis oſſibus ilium: deinde pars femoris et cruris anterior cum ſitu muſculorum, poſt ablata integumenta communia dicta.

a b. α β. Muſculorum cucullarium pars inferior, a. α carnea, b. β tendinea. In dorſo et lumbis.

c d e f g h. $\gamma\ \delta\ \varepsilon\ \zeta\ \eta\ \theta$ Muſculus latiſſimus dorſi dexter et ſiniſter. c. γ. Pars carnea. d e f g h. $\delta\ \varepsilon\ \zeta\ \eta\ \theta$ Tendinea, latere interiore d e. $\delta\ \varepsilon$ orta a ſpinis vertebrarum dorſi inferiorum et lumborum, cartilagineis adhuc, et planis: ſecundo latere a parte ε conuexa ſiniſtra, e. concaua dextra, tuberculi cartilaginei S, quod, extra articulum lumborum cum ſcuto oſſeo, eminet (vid: Tab: III. Fig. 5. et 7. lit: S). Latere inferiore e f. $\varepsilon\ \zeta$ a margine ſuperiore eodemque anteriore limbi cartilaginei B B C C, qui ſcutum oſſeum A A. ambit. Latere tertio minore f g. $\zeta\ \eta$ oblique adſcendit verſus carnem c. γ, tegens partem poſteriorem aponeuroſeos l. λ, muſculi obliqui abdominis externi k l. $\kappa\ \lambda$, quacum concreſcit: ad angulum obtuſum coit cum latere externo g h. $\eta\ \theta$, quod ſurſum oblique adſcendens in carnem c. γ abit, vel potius continuum illi, ex eadem oritur.

k l. $\kappa\ \lambda$ Facies poſterior muſculi abdominis obliqui externi, k. κ carnea, l. λ tendinea, caeterum tecta a latiſſimo dorſi.

A A B B C C Scutum oſſeum cartilagineo limbo cinctum, perioſtio et expanſione tendinea, ex muſculorum aponeuroſi orta, tectum.


In femore a b. $\alpha\ \beta$ Muſculus ſartorius. a. α Ortus a margine interiore, inferiore, exteriore, ſcuti oſſeo, partim a cartilagineo eodem interiore, illud ambiente (vide Tab: IV. Fig: I. litt: C C) b. β Inflexio circa femur ad poſteriora, vbi ad crus decurrit (vid: Tab: VIII. litt. c d e. $\gamma\ \delta\ \varepsilon$ in femore).

c d e f g. $\gamma\ \delta\ \varepsilon\ \zeta\ \eta$ Muſculus rectus cruris dexter et ſiniſter. c. γ Ortus tendineus a parte inferiore oſſea baſios oſſis ſacri, cum pelui concreti ſupra acetabulum (vid: Fig: 2dam 1. 2.) d e. $\delta\ \varepsilon$ Pars carnea, c d. $\gamma\ \delta$ pars ſuperior muſculi latiſſima alterum tangens, quae in medio d. δ diuergit, atque ad inferiora ſenſim contracta d e. $\delta\ \varepsilon$, abit in tendinem f g. $\zeta\ \eta$. qui expanſus g. η inſeritur patellae A B, a parte ſuperiore.

h i i i. $\theta\ \kappa\ \kappa\ \kappa$ Pars muſculi vaſti externi dextri et ſiniſtri nuda, tecti caeterum a recto cruris. h. θ Pars carnea i. κ Tendinea inſerta patellae a latere ſuperiori externo et laterali. i i. $\kappa\ \kappa$ Eiusdem extenſio inſerta ſuperiori tibiae parti.

l m n

Tab. V.






Fig. 2.

l m n Pars muſculi vaſti interni ex duplici concreti, caeterum tecti a recto cruris. l Pars carnea nuda, m n tendinea, m carni continua, n patellae vtrique, vbi concreſcunt C, ab interiori parte inſerta.

A B C Patellae concretae (vid: Tab: IV. Fig: 5. 6.) In crure

D E Ligamentum duplex dextrum et ſiniſtrum, ex tibia proueniens, patellae vtrique ad interiorem marginem inſertum.

F G Os tibiae perioſtio tectum. G Additamentum cartilagineum inferius.

Figura ſecunda.

1. 2. Ortus tendineus muſculorum cruris rectorum.
3. Ortus adductoris longi femoris.
4. 5. Ortus pectinei dextri et ſiniſtri.
6. Ortus adductoris femoris capitis longiſſimi.
7. 8. Ortus capitis longioris bicipitis cruris.
9. 10. Ortus gracilium.
11. 12. 13. 14. Ortus ſemitendinoſorum 11. 12. lateralis 13. 14. anterior.

TABVLA SEXTA.

Ablatis a trunco muſculis cucullaribus et parte carnoſa latiſſimi dorſi vtriusque, parte autem tendinea relicta: ablatis muſculis obliquis abdominis externis: a femore vero ſartoriis et cruris rectis, apparet.

d e f g h. δ ε ζ η θ Tendinea expanſio latiſſimi dorſi, ablata parte carnea cum reliqua expanſione continua, quae infra ad muſculum ſerratum et obliquum abdominis internum procedit. In dorſo et lumbis.

i k l m n o p q r s t. ι κ λ μ ν ξ ο π ϱ σ τ Muſculus ſerratus poſterior inferior, dexter et ſiniſter. i k l m n o. ι κ λ μ ν ξ Pars eius tendinea i k. ι κ aponeuroſi muſculi latiſſimi dorſi continua, vbi ſuperne fibrae carneae, illi continuae, carneam muſculi partem conſtituunt iam ablatam (Vid: Tab: quintae litt: c. γ) l m n o. λ μ ν ξ Extremum tendineum parti carnoſae continuum. p q r s t. ο π ϱ σ τ Extrema quatuor dentata carneae muſculi partis, in tendines iterum extenuata, et quatuor inferioribus coſtis IX. X. XI. XII. inſerta. i s t. ι ξ τ Extremum infimum tendineum et carneum, ſolito magis extenſum, complicatum.

u v.

u v. Υ φ Muſculus obliquus abdominis internus Υ u pars carnea v φ tendinea cum aponeuroſi f g. ζ η muſculi latiſſimi dorſi cohaerens.

IX. X. XI. XII. Quatuor coſtae inferiores dextrae.

A A B B C C Vide Tabulam Quintam.

In femore. f g. ζ η Truncati tendines inferiores muſculorum rectorum cruris, ablatorum.

H h i i i. Θ θ κ κ κ Muſculus vaſtus externus, dextri et ſiniſtri, femoris. H Θ Ortus a parte ſuperiore femoris iuxta trochanterem maiorem. h i i i. θ κ κ κ Priori Tabula indicata ſunt.

k K l m n Vaſtus internus vnicus, latus, craſſus, ex duobus quaſi concretus. k Ortus a ſuperiore parte oſſis femoris. K Media eiusdem pars latiſſima. l m n Tabula praecedenti explicata ſunt.

o. λ Sulcus, qui oritur antrorſum a decurſu vaſti interni, iuxta vaſtum externum vtrimque, anguſtior in fundo, quo ſurſum ſpectat, latior: infra ex ortu vaſti interni et externi, qui vtrimque ortum ducunt ex ſulco in femore, proueniens. [Vide Tab: IV. Fig: 4. a b c d e f.] Hunc texit rectus cruris latere ſuo inferiore, opplente pingui eiusdem cauum.

Cruralis deſideratur.


p ν Muſculi femur, ſuperius, retinentes. [Vide Tab: VII. Fig: 1.]


A B C D E F G Vide Tabulam praecedentem.

TABVLAE SEPTIMAE.
Figura prima.

Ablato vtrimque muſculo ſerrato poſtico inferiore, vna cum communi expanſione tendinea latiſſimi dorſi, deinde muſculo obliquo abdominis interno, a dorſo, lumbis, et parte laterali corporis: a femore vero, vaſtis internis et externis, apparet.


In dorſo et lumbis. a b c d e f g h i k l l Muſculus ſacrolumbalis et longiſſimus dorſi dexter. a b Ortus tendineus a lumbis, a S a latere concauo prominentiae, a c a margine limbi cartilaginei oſſis ilium. c d Acutus progreſſus expanſionis eiusdem tendineae oblique ſurſum ad ſpinam. d e Arcuatim exſciſſio, vbi in carnem abit. e g Progreſſus, ſenſim contractus, ſurſum,


o
λ
p
l
m
q
r
s
t
n
o
v
π
ξ
Υ
φ
ζ
e
g
f
B
A
A
B
C
C
p
k
Θ
H
K
h
λ
l
m
ζ
x
xx
xxx
f
i
g
A
B
F
D
G
ii
iii



Tab. VII.

Fig. 1








Fig. 2





ſum, ad inferiorem partem dorſi vertebrae tertiae f. Continuatio in carnem acutam, f k latiorem ſenſim factam. h Fiſſura, qua k ſacro-lumbalis diſtinguitur a longiſſimo dorſi i. l l Caudae tendineae, in quas ſacro-lumbalis diuiſus abit, coſtis VIII. IX. X. XI. XII. ab inferiori parte inſertas.

$\alpha\ \beta\ \gamma\ \delta\ \varepsilon\ \zeta\ \eta\ \theta\ \iota\ \varkappa\ \lambda\ \lambda$ Muſculus ſacro-lumbalis et longiſſimus dorſi ſiniſter. $\alpha\ \beta\ \gamma\ \delta\ \varepsilon\ \zeta\ \eta$ Eius tendinea expanſio communis, $\alpha\ \beta$ orta a lumbis, $\alpha\ \gamma$ a margine ſuperiore limbi cartilaginei oſſis ilium ſiniſtri: $\gamma\ \delta$ eius adſcenſus externus: $\delta\ \eta\ \varepsilon$ terminus ſuperior: $\varepsilon\ \beta\ \zeta$ adſcenſus contractior ſenſim ad mediam partem ſecundae vertebrae dorſi. $\theta\ \iota\ \varkappa\ \lambda\ \lambda$ Pars carnea vtrique muſculo communis. θ Fiſſura in $\varkappa$ ſacro-lumbalem, et ι longiſſimum dorſi. $\lambda\ \lambda$ Caudae tendineae, in quas abit ſacro-lumbalis, coſtis IX. X. XI. XII. inſertas.

8. 9. 10. 11. 8. 9. 10. 11. Quatuor inferiores muſculi intercoſtales dextri et ſiniſtri, externi.

VIII. IX. X. XI. XII. IX. X. XI. XII. Coſtae in dextro latere quinque, in ſiniſtro quatuor, inferiores.

m n o. $\mu\ \nu\ \xi$. Pars poſterior muſculi transuerſi abdominis vtriusque, m. μ carnea n o. $\nu\ \xi$ tendinea, n. ν qua a lumbis, o. ξ qua a criſta oſſis ilium hic valde depreſſi oritur.

p ϱ Aponeroſios ſerrati inferioris et muſculi obliqui interni communis reliquiae, poſt ablationem ſerrati et oblique interni, vbi non amplius cohaerent.

ABDE Os femoris A ab anteriore parte perioſtio tectum B Caput nudum cartilagnie cruſtatum, D ceruix, E trochanter [Confer Tab: IV. Fig: 4.] In femore.

p q Muſculus, qui gracilis oritur a latere acetabuli ſiniſtro p, [Confer Tab: V. Fig: 2. 4] et oblique procedens p q verſus femur A eiusdem ceruici D inſeritur, a parte dextra. An pectineus.

$\lambda\ \mu$ Muſculus priori p q ſimilis, qui gracilis oritur a latere acetabuli dextro λ, [Confer Tab: V. Fig: 2. 5] et oblique procedens $\lambda\ \mu$ verſus femur A, eiusdem ceruici D inſeritur, a parte ſiniſtra iuxta radicem trochanteris E, quem amplectitur.

$\nu\ \xi$ Muſculus gracilis oblongus, ortus ν iuxta priorem $\lambda\ \mu$,

ad latus acetabuli dextrum [Confer Tab: V. Fig: 2.3] atque inde, ante priorem λ μ procedens oblique ν ξ, oſſis femoris A parti ſuperiori, infra eiusdem ceruicem D, inſeritur. An adductor longus femoris?

Figura ſecunda.

Ablatis ſacro-lumbali et longiſſimo dorſi, in lumbis apparet.

a b c d. α β γ δ Multifidus ſpinae, dexter et ſiniſter: a in dextro latere ortus a concauitate prominentiae S, a b a parte criſtae oſſis ilium dextra: a c adſcenſus internus, b d externus, per lumbos. α Ortus ſiniſtri a conuexitate prominentiae S, α β a criſta oſſis ilium ſiniſtri, α γ adſcenſus internus, β δ externus, per lumbos.

1 2 3 4 5 6. 1 2 3 4. Muſculi intertranſuerſarii, in ſiniſto latere ſex, in dextro quatuor.

g h. η θ Muſculus quadratus lumborum a parte poſteriore, dexter et ſiniſter g. η Ortus a ſuprema parte criſtae oſſis ilium vtriusque. h. θ Inſertio coſtae infimae vtrimque.

e f ε ζ Leuator coſtae infimae vtriusque, dexter et ſiniſter.


XI. XII. XI. XII. Binae infimae coſtae.

11. 11. Muſculus intercoſtalis vltimus, dexter et ſiniſter, externus. k. κ Internus.

TABVLA OCTAVA.

Exhibetur pars trunci corporis anterior, inferior, et prominentia pſeudo-pubis oſſium. Deinde pars femoris et cruris poſterior cum ſitu muſculorum, poſt ablata integumenta communia dicta.

In abdomine a b b c d e f f g h i k k k k F F F Muſculus obliquus abdominis externus dexter. a Pars carnea. b c d e f f g h i k k k k F F F Expanſo eiusdem tendinea, per quam transparet f f g h i pars carnea muſculi obliqui interni, anterior et inferior, tendinea. k k k k Muſculus rectus abdominis dexter cum eiusdem inſcriptionibus tendineis F F F, aponeuroſi infra accretis. d c Pars muſculi obliqui externi carnea, tendineae f g h i continua praeternaturaliter extenſa, et elongata. f g h i Pars carnea et tendinea transparens obliqui interni praeternaturaliter extenſa et elongata. d Pars, qua muſculus obliquus externus ad latus dextrum tendit, et ad poſteriora ſupra


A
B
C
D
E
F
Q

oſſa ilium iterum adſcendit. [Confer Tab: V. k l. et in obliquo interno Tab: VI. u v.] h i Accretio aponeuroſeos ad prominentem pſeudo pubem.

α β β γ δ ε ζ ζ η θ ι κ κ κ κ F F F Muſculus obliquus abdominis externus ſiniſter. α Pars carnea. β β γ δ ε ζ ζ η θ ι κ κ κ κ. Expanſio eiusdem tendinea, per quam transparet ζ ζ η θ ι pars carnea muſculi obliqui abdominis interni ſiniſtri, anterior et inferior tendinea. κ κ κ κ Muſculus rectus abdominis ſiniſter cum eiusdem inſcriptionibus tendineis F F F, aponeuroſi infra accretis. β β γ δ Pars muſculi obliqui externi ſiniſtri carnea, tendineae ζ ζ η θ ι continua, praeternaturaliter extenſa et elongata, γ δ Pars, qua ad latus ſiniſtrum tendit et poſteriora, vbi ſupra oſſa ilium iterum adſcendit [confer Tab: V. κ λ] θ ι Accretio aponeuroſeos ad prominentem pſeudo-peluim, á ſiniſtro latere.

A B C D. Linea alba naturaliter ex continuatione et decuſſatione fibrarum tendinoſarum vtriusque aponeuroſeos, et concretione cum inferioribus, orta. AB Pars ſuperior latior vmbilicum verſus ſenſim contracta. C D Pars infra vmbilicum contracta magis, D pſeudo pubi eminenti Q accreta.

E Foramen pro vmbilico.

c d e. γ δ ε Muſculus vterque ſartorius dexter et ſiniſter iuxta femur inflexus [confer Tab: V. a b. α β] c. γ Inflexio circa femur, c d. γ δ decurſus per poſteriorem lateralem mediam partem femoris, carne ſenſim contracta, quae abit in tendinem d e. δ ε, oſſi tibiae ad mediam partem, infra additamentum cartilagineum, inſertum e. ε. In femore.

a f g h. α ζ η θ Muſculus ſemitendinoſus vterque. a Initium tendineum, in dextro longius et latius, α in ſiniſtro breuius et gracilius, quo oritur, dexter a ſiniſtra, ſiniſter a dextra parte anteriore, inferiore, [Confer Tab: V. Fig: 2 13. 14.] deinde laterali [Ibid. 11. 12.] prominentiae iſtius, quae infra coniunctionem oſſium pubis, cartilaginea extenditur. f g. ζ η Pars carnea, in deſcenſu per poſteriorem mediam femoris partem, ſenſim contracta. g h. η θ Tendo mediae oſſis tibiae parti interiori, infra tendines ſartorii vtriusque, inſertus h. θ.

i k l m n. κ λ μ ν Muſculus biceps cruris vterque.

TABVLA NONA.

Figura prima.

In lumbis et pelui. Ablatis abdominis muſculis, exemtis viſceribus, ablato deinde peritonaeo, apparent.

a b c. α β γ. Muſculus, dexter et ſiniſter, Pſoas maior a. α. Ortus a parte infima vltimae dorſi vertebrae, a ligamento intermedio, et parte ſuperiore primae lumborum vertebrae. a b c. α β γ Decurſus naturalis iuxta lumbos. c. γ Inflexio iuxta prominentiam oſſis ſacri, poſt peluim. [Confer huius Tabulae Figuram 2dam. d e f. δ ε ζ.] ad femur A tendens.

g h. η θ. Muſculus quadratus lumborum, dexter et ſiniſter, a parte anteriore. g. η Ortus e margine ſuperiore criſtae oſſis ilium contractior. h. θ Inſertio infimae coſtae XII. XII. latior.


i i k. ι ι $\varkappa$. Muſculus iliacus, dexter et ſiniſter. i i. ι ι. Ortus ex ambitu laterali cartilagineo et parte media caua oſſea oſſis ilium k. $\varkappa$ Contractio fibrarum, qua os deferens ad femur tendit. [Confer Tabulae huius Fig. 2dam $\varkappa$ λ μ. k l m.]

Circa oſſa vide Tab. III. Figuram 4tam in lumbis: et Tab. IV. Fig. Iam in oſſe ſacro et pelui.

In femore. a b c o. α β γ ξ. Muſculus gracilis vterque. a Ortus dextri, a ſiniſtra parte, α ortus ſiniſtri, a dextra parte prominentiae cartilagineae, ſub coniunctione oſſium pubis, poſt ortum muſculorum ſemitendinoſorum. [Confer Tab. V. Fig. 2. 9. 10. poſt 11. 13. 12. 14.] a b c. α β γ. Progreſſus iuxta ſe inuicem carneus, ſenſim contractus. c o. γ ζ Tendo graciliſſimus vtriusque iunctus, qua parte extra tendines ſemitendinoſorum h. θ, nudus decurrit. o. ξ Inſertio additamento cartilagineo G infimae tibiae.

i k l m n. ι $\varkappa$ λ μ ν. Muſculus biceps cruris, dexter et ſiniſter. i. ι. Ortus vtriusque ex creuice oſſis femoris, iuxta trochanterem E. i k l m. ι $\varkappa$ λ ν. Decurſus carneus iuxta marginem exteriorem vtriusque oſſis femoris et tibiae. l m. λ μ. Qua parte ambit articulum oſſis femoris

Tab. IX.







Fig. 2.

Fig. 1.



ris cum tibia vtrimque. n. ν Inſertio lateri externo tibiae vtrimque.

Figura ſecunda.

Eleuata parte peluis anterioris, in conſpectum veniunt,

c d e f. γ δ ε ξ. Muſculus pſoas vterque truncatus. c d. γ δ Pars inferior eiusdem abeuns in tendinem, d e. δ ε, qui cum tendine iliaci interni l m. λ μ concreſcens, in vnum abit communem tendinem m e f. μ ε ζ, vtrimque radici trochanteris E, oſſis femoris A, inſertum.

k l m. κ λ μ. Muſculus iliacus vterque truncatus. k l. κ λ. Pars eiusdem inferior abeuns in tendinem l m. λ μ, qui os ilium deſcrens cum tendine pſoae d e. δ ε, concreſcit in vnum m f e. μ ε ζ femoris trochanteri E inſertum.

a b c. Muſculus longus gracilis, iuxta femoris latus externum dextrum decurrens. a Ortus a parte inferiore laterali acetabuli quadrati, poſt exortum gracilium. [Confer Tab: V. Fig: 2. 6.] a b c Decurſus per femur. c Inſertio ſupra additamentum cartilagineum inferius. An adductor longus femoris? In femore.

k k m. κ κ. Ortus muſculi vtriusque bicipitis cruris internus a femoris oſſe A.

d e f. δ ε ζ Muſculus dexter et ſiniſter ortus d δ ex inferiore parte laterali oſſea femoris, mox ſupra additamentum F eiusdem cartilagineum inferius. d e f. δ ε ζ. Decurſus, articulum oſſis femoris cum tibia, a parte poſtica, ambiens. f ζ Inſertio parti ſuperiori laterali oſſeae tibiae A, infra eiusdem additamentum cartilagineum B. An ſunt Gemelli, vel Poplitei? In crure.

TABVLA DECIMA.

a b c d e f g h i k. Peritonaeum diſſectum et explicatum, vt conſpectus abdominis aperti appareat. a b Portio triangularis ab vmbilico deorſum reflexa, arteriam vmbilicalem ſupra ſe retinens. c d i k Portio triangularis ab vmbilico ſurſum reflexa, venam vmbilicalem retinens. c d Inciſio ab vmbilico ad ſternum. k i Inciſio lateralis ſupra vmbili-

cum ad ilia dextra, vnde portio h reflexa dextrorſum. e g f Inciſio ab vmbilico ad ilia ſiniſtra, vnde e f portio ſurſum, et g f deorſum, reflexa.

I I I I Integumenta communia ad decuſſim inciſa et reflexa

A B Vena vmbilicalis A truncata ſupra vmbilicum. B Ingreſſus eiusdem in hepar.

C. D. Hepatis margo extra hypochondria eminens C dexter, et D ſiniſter.

E E E E Inteſtina tenuia dextrorſum preſſa, in ſitu hic naturali.

T U V X Y Inteſtinum colon, T emergens ex hypochondriis, T U deorſum flexum, U V readſcendens, et in ſaccum clauſum X Y, terminatum

K L M N Arteria vmbilicalis vnica, extra abdomen N per vmbilicum M intrans, L ſupra peritonaeum inferiora verſus decurrens. Deinde, poſt illud ante lumbos ad aortam adſcendens K, illi continua. [Confer Tab: XII, & XIII.]

TABVLA VNDECIMA.

A B C D Hepatis reclinati pars inferior C dextra, et D ſiniſtra, cum ingreſſu naturali B venae cauae, truncatae A ſupra vmbilicum.

E E E E Inteſtina tenuia dextrorſum et deorſum pendentia.


F f f G g g. Ventriculus vna cum adhaerente omento, fundo ſuo f f ſurſum flexus, vnde omentum G extenditur ſupra hunc F: quod deinde conuolutum extremo ſuo g g pendulo, tegit dimidiam g lateralem flexurae coli tertiae Q R, ſuperiorem quartae S, et quintae T g eiusdem flexurae, partem.

H Lien.


K L M. N. a. b. Vide Tabulam decimam.


I O P Q R S T U V X Y Inteſtinum colon I O Adſcenſus eiusdem ſiniſtrorſum. O Inflexus primus dextrorſum. O P Adſcenſus dextrorſum. P Q Inflexus ſecundus antrorſum acutus. Q R Deſcenſus primus ſiniſtrorſum R Inflexus tertius lateralis ſiniſtrorſum. R S Adſcenſus ſecundus leniter dextrorſum. S Inflexus quartus verſus poſteriora, vbi horizontaliter decurrit, atque deinde, Inflexu quinto T emergit. T U Deſcenſus ſecundus lunato ductu ſiniſtrorſum. U Inflexus ſextus U V Adſcenſus tertius. V Inflexus ſeptimus, expanſus deſcendendo in ſaccum ouiformem coecum X Y. [Confer Tabulae X^ae^. T U V X Y.]

Tab. X.



Tab. XI.





ZZZ Diaphragma a ſterno et cartilaginibus coſtarum reſciſſum, et ſupra pectus reclinatum.

TABVLA DVODECIMA.

ABCDEFGHIKLMN f f g g g i i i Arteriae aortae ramus deſcendens, in arteriam vmbilicalem vnicam continua, A ſuperius truncata: ex qua oritur, B arteria diaphragmatica, C coeliaca, D meſenteria, E meſ. colica, F emulgens dextra, in ramulos f f, per ſuperficiem renis dextri Q, diſperſa, G emulgens ſiniſtra in ramulos g g g, per renis ſiniſtri ſuperficiem R, diſperſa. H Spermatica dextra ex aorta, I ſpermatica ſiniſtra ex emulgente ſiniſtra G, orta, reni ſiniſtro R, ramulos i i i, dans et ad ouaria 1 6. cum vena ſpermatica vtraque S T, tendens. K Reflexio aortae ſub peritonaeo in vmbilicalem continua, ſupra peritonaeum ad vmbilicum M adſcendens, et per eum extra corpus in funiculum vmbilicalem N.

O o o Vena emulgens dextra, per renis dextri Q ſuperficiem, ramulos o o, diſpergens.

Ppp Vena emulgens ſiniſtra truncata, per renis ſiniſtri R ſuperficiem, ramulos p p, diſpergens.

S Vena ſpermatica ſiniſtra.

T Vena ſpermatica dextra.

Q Ren dexter.

R Ren ſiniſter

1 2 3 4 5 Ouarium dextrum cum tuba Fallopiana et ligamento, lato dicto, inter ſe nexa. 1 Ouarium dextrum 2. Tubae Fallopianae pars ſuperior latior, in fimbrias diſperſas abeuns. 3 Pars inferior contracta, in nodulum 4 continua, ſed imperuia. 5 Duplicata et concreta membrana peritonaei, tubam et ouarium ambiens, et nectens.

6 7 8 9 10 Ouarium ſiniſtrum cum tuba Fallopiana et ligamento, lato dicto, inter ſe nexa. 6 Ouarium ſiniſtrum. 7 Tubae Fallopianae pars ſuperior. 8 Inferior in nodulum 9 continua. 10 Peritonaeum nectens.

11. 12. 11. Chordula imperuia nodulos 4. 9. iungens, ſub peritonaeo decurrens, illi inuoluta, ſupra aortam 12.

13. 13 Ligamenta vteri rotundis ſimilia.

14. 14. Finis peritonaei in ſaccum caecum cauum, ſupra peluim tenſum.

TABVLA

TABVLA DECIMA TERTIA.

A B C D E K L M N Arteria aorta vna cum ramis. Separata a lumbis et ſiniſtrorſum flexa cum arteria vmbilicali, et vmbilico, vt in conſpectum veniat.

F G H I h h k Ramus ex parte poſteriore aortae F ortus, per lumbos decurrens F G, ſub vena caua δ ε, vices aortae gerens. G Dichotomia in iliacam H dextram, et I ſiniſtram: h h k rami minores ex illa orti, cum venis ι θ ad peluim et partes adiacentes decurrentes. O P P P Arteriae lumbares, quarum ſuperior O ex ipſa aorta, P P P reliquae inferiores ex ramo F G oriuntur.

α δ ε ζ η θ ι κ λ μ ν ξ Vena caua cum ſuis ramis. δ Pars ſuperior truncata. ε Dichotomia in iliacam ζ dextram, et η ſiniſtram θ ι Venulae ex dichotomia ortae et cum arteriolis h h k ad peluim et partes adiacentes decurrentes. α Ortus rami poſterioris ex vena caua δ in duas venas λ μ fiſſa, quarum κ λ exterior oblique ad dorſum, μ interior per corpora vertebrarum eiusdem, decurrit, ſurſum in vnum ν ξ coeuntes, qui venae ſubclauiae inſeritur.


a b c Muſculus pſoas dexter.


β γ Muſculus pſoas ſiniſter, ſupra tectus ab aorta reflexa.

14. 14. Cauitas abdominis inferior.


FINIS.


Tab. XII.






Tab. XIII.







ABRAHAMI KAAU BOERHAAVE

MEDICINAE DOCTORIS,

ANATOMES ET PHYSIOLOGIAE PROFESSORIS,

ACADEMIAE SCIENTIARVM PETROPOLITANAE MEMBRI.

HISTORIA ALTERA ANATOMICA

INFANTIS,

CVIVS PARS CORPORIS INFERIOR

MONSTROSA.

PETROPOLI,

TYPIS ACADEMIAE SCIENTIARVM,

MDCCLVII.

CELSISSIMO,
ILLVSTRISSIMO, EXCELLENTISSIMO,
DOMINO
CYRILLO
COMITI
DE
RASVMOWSKY
PRAEPOTENTI MINORIS RVSSIAE
HETMANO,
IMPERATORIAE MAIESTATIS
CVBICVLARIO,
ACADEMIAE SCIENTIARVM PETROPOLITANAE
PRAESIDI,
LEGIONIS PRAETORIAE ISMAILOVENSIS
PROTRIBVNO,
ORDINIS RVTHENICI S. ANDREAE ET S. ALEXANDRI,
VT ET POLONICI AQVILAE ALBAE, NEC NON
HOLSATICI S. ANNAE
EQVITI,
DOMINO GRATIOSISSIMO

Abrahamus Kaau Boerhaave.

ILLVSTRISSIME PRAESES
DOMINE GRATIOSISSIME.

Priuatorum laborum meorum ex officio rationem dantis ſcopus ſimul eſt, vt exſtet praeſens, et perennet poſt fata, obſeruantiae, debiti honoris, reuerentiae, ſed inprimis animi mei in TE grati, alterum literarium hoc momentum, TVIS ſub auſpiciis natum, TVOque Celſiſſimo nomini inſcriptum.

Hoc non diſplicuiſſe MAECENATI indulgentiſſimo, laus mihi prima erit, addetque ad plura ſtimulum.

Millenis interim Bonorum pro ſalute TVA, pro incolumitate Celſiſſimae TVAE Domus nuncupatis, Horatii iungo vota!

Potens TVI

Laetusque degas, cui licet in diem

Dixiſſe, VIXI.

PETROPOLI $17\frac{16}{6}57$.

LECTVRO AVCTOR.

Simplex iterum exemplar do deſcriptionis accuratae partium, quae corpus inferius deformant in altera hac Infante, Priori, cuius antea exhibui hiſtoriam anatomicam, ſimillima. De nouo inquiſiui in omnia, neque haec cum prioribus comparaui, antequam minutiſſima quaeque, penitus perſpecta, vt vidi, notauerim, ne quid indulgendo falleret praeconcepta opinio. Vix dici, minus credi, poteſt, quantum et qualem coactus fuerim impendere laborem, in extricandis ad partes deformatas muſcu-

muſculis moleſtum, in auferendo, quae non ad hos directe pertinentia, faciem illorum liberam impediunt, anxium. Praeter enim quod incognita oſſium figura, connexio, articulatio, reddidit muſculorum indaginem, circa progreſſum et directionem, ſed inprimis ad ortum et inſertionem, difficilem, et quod a poſterioribus ad priora iterum redeundum fuit, color homogeneus ita eosdem inquinabat, vt difficile diſtingui potuerint ab indurata, et quaſi in ſebum mutata, pinguedine, ſimili colore turpiter fuſca. Hoc debetur diuturnae conſeruationi in ſpirituoſo liquore, et inde natae indurationi, quae fuiſſet tolerabilior et maceratione prudenti quodammodo ſuperanda, ſi non ipſae partes fuiſſent putrefactae et necroſi peſſima affectae, antequam eidem, vel nimis debili in initio, immiſſae ſunt. Attamen

men ex deturpata et dura hac pinguedine, in qua, vndequaque ambiente, ſepulti iacuere, muſculi extricandi erant atque rimandi ita, vt non modo omnis pars illaeſa maneat, ſed reddenda inſuper illis erat qualiscunque toroſitas, qua a tendine diſtincta apparens caro per figuram exprimitur, notata ſimul fibrarum directione. In muſculis et tendinibus, qui ad lumbos, ad coxas, in femore et in crure, locantur, hoc per multam operam quodammodo ſucceſſit. Idem perficere in illis, qui putrefactum abdomen tenues ambiunt, omni niſu fruſtra tentatum fuit. Ideo in his per ſolas lineas caro a tendine, atque ſubiectarum partium per aponeuroſes transparentia, in figuris notari potuit.

Fuit in oſſibus, niſi in robuſtioribus, vix opera leuior, difficilis quidem in iis, quae

peluim conſtituunt, aſt intricatiſſima in extremum ſpinae inferioris conſtituentibus, vt ſunt ſegmenta oſſea, quae canalis partem poſteriorem et lateralem in lumbis et in oſſe ſacro componunt, iuncta per fruſtula cartilaginea. Qui dubitant, tentent ſemel haec, et debita forma, et figura illaeſa, ex recens nati Infantis cadauerculo illibata extrahere, et ab adiacentibus et pertinaciter adhaerentibus partibus mollioribus nitide liberare ita, vt nihil detrimenti accedat ſimul debili cohaeſioni: proprio tum facile addiſcent experimento, hoc praeſtare in diu ſeruatis in liquore ſpirituoſo, qui adeo partes adnexas indurat atque harum colorem deturpat, qui oſſa obfuſcat, cartilagines obfuſcat et ſimul contrahit, eſſe impoſſibile, vt nempe ſeruetur iuſta formae elegantia, et reſtituatur vltima inſuper teneraque

per-

perfectio, iam ſua ſponte deperdita per diuturnam conſeruationem. Adde, quod, dum liberantur a firmiter adnexis in lumbis et in pelui partes ſolidae, ſimul facillime ſeparentur cartilagines ab oſſibus continuis, atque, vti habitus, forma, et figura, ita nexus in his perdatur. Extricatae *demum patientia et labore partes dum figura exprimuntur, quam arduum eſt, manum ducere delineantem omnia incognita, eaque ſemiputrida, collapſa, colore et figura deprauata: ducere autem manum ita delineantem, vt appareant illa, quae maxime notanda ſunt, haud impedita a proxime tangentibus, itidem exhibendis.* Haec *difficultas, quam toedioſa, ſuperatur facilius tamen non interrupta: ſed vltimam fere frangit in his occupati patientiam millena, et quandoquidem minus neceſſaria,*

 in-

interpellatio, quae tamen ab inceptis deſiſtere cogit. Deſiſtere interim coacto prius proſpiciendum eſt teneris, ab ipſo attactu rudiori deprauandis, vt de nouo accedatur ad opus propoſitum, ſaepe meliori ſucceſſu non ſuſceptum, aut otio liberiori abſolutum. Redeunti autem ad prius interruptum opus, concilianda iterum eſt partibus eadem, quae prior, diſpoſitio, quod perficere non adeo facile eſt in memoratis, quippe quae, dum adaptantur ad delineationem, et inter eandem, ſenſim exſiccantur et contrahuntur.

Neque demum, his ſuperatis incommodis, toedium omne deuoratum eſt, accedit nempe noua moleſtia, dum partium delineatae figurae aeri inciduntur, tum ſcilicet amittunt fere ſemper non parum de habi-

habitu, forma, et elegantia: caueri etenim vix poteſt, vt non aliquid de vltima perfectione perdat imitatio.

Tot ſuperanda recenſeo toedia, ne cadat omnis in me reprehenſio, ſi intricatarum partium ſit minus perſpicua expoſitio, et plus ad veritatem, quam ad artis elegantiam, rudiores expreſſae videntur, hanc elucidantes, figurae; cum et res ipſa, et rerum circumſtantiae, maximam patiantur culpam. Et tamen erubeſcere cogor, quod rudiores proueniant figurae, quoties labores impenſos, et bonum in his conficiendis temporis tributum, recolo. Compellantes, qui me quandoquidem occupatum vident in diſponendo ſemiputrida, in dirigendo et corrigendo delineantis manum, in perficiendo iterum de novo illa, quae iam delineata et abſoluta prius

apparebant, qui hoc peragi vident ope Interpretis prius inſtituendi propter difficilius linguae commercium, admirantur ſaepe lenis patientiae ferream in his conſtantiam, quam laudant rerum Gnari in indagatione et praeparatione partium ſubtili, licet mecum doleant, tam multa peſſumdari haud penitus abſoluta, et plurima perire non rite conſeruata, boni otii defectu.

Interim euitare etiam non potui, explorans vltimam, in hominum aliisque animalium corporum partibus, fabricam, vt viſus quibusdam fuerim, et inter hos (quod mirum!) Medicinae quandoquidem Cultoribus, hac opera aſſidua ſectari minutias, argutus ideo temporis neglecti, et magis neceſſariis tribuendi, culpa. Suum cuique placens non capto iudicium, meo libero ratus, ſubtiliſſima haec

non

non modo eſſe vtilia, ſed et maxime neceſſaria, vtpote quae, Naturae ſcientiam dum perficiunt, eandem perbelle ſimul exornant: cuius contemplatio, quamuis Medicum non faciat, aptiorem tamen eundem, iuxta latiniſſimi CELSI *pronunciatum* (A), *Medicinae reddit. Et quaeſo? quid plus admirantur, quid amant magis Illi in magnis, quam ego in minoribus et minimis, ex quibus iſta ſenſim et ſucceſſiue conſtantur. Abſoluam. Sua trahit quemque, vti propria illorum ad hanc repraehenſionem innata, voluptas, me mea, liberum arbitrium, voluntas, et rei ipſius amor ad haec. Terant ergo horas meliores tali cenſura occupati, quam ego pauco illo, quod a grauioribus, et mihi longe magis moleſtis, negotiis ſupereſt, abutens otio, iudicent Cordati, quibus placere vnice cupio, quibus per priora ſimili-*

(A) De Medicina Lib. I. praefat.

milibus placui, vt firmis Hi *aſſerunt teſtimoniis adulari indocti, quibus neque per haec diſplicebo, ſat gnarus, ne* Ioui *quidem concedi, placere omnibus.*

Interim monendus es, LECTOR BENEVOLE, *ſi in his reperias, quae penitus non diſplicent, quod multum debeamus excellentiſſimo Conſiliario intimo et Archiatro* CONDOIDI, *qui ex auctoritate, qua rebus Medicis in vniuerſa Ruſſia praeeſt, inſpiciendi hunc foetum facultatem petenti mihi non modo conceſſit, ſed et benigna fiducia addidit, ſeſe maius Naturali ſcientiae praeuidere inde augmentum, quam ſi ob inſolitam figuram in liquore ſeruaretur integer.* Nec *poenitebit, vti confido,* Virum *amiciſſimum teſtimonii et obſequii, ſi horulam a grauioribus liberam hiſce perſpiciendis impenderit. Vale!*

HISTORIA

HISTORIA ALTERA
ANATOMICA
INFANTIS, CVIVS PARS CORPORIS INFERIOR MONSTROSA.

CAPVT PRIMVM
FIGVRAM EXTERNAM DESCRIBENS.

ALterius huius Infantis, cuius pars corporis inferior monſtroſa eſt, hiſtoriam natiuitatis nullam tradere poſſum; per multos quippe annos in curia Cancellariae Medicae in liquore balſamico ſpirituoſo conſeruata fuit, neque vlla de ea, quae exſtat ibidem, reperta eſt deſcriptio.

Poſt diſſectionem inuenta eſt pertinere ad ſexum ſequiorem, vnde in deſcriptione paſſim foemininum nomen impono, et per eandem apparet, quod natiua divam traxerit auram, nec mortua in lucem prodierit; idque ex obſeruatis ſignis iisdem, quae in priore reſpirantis Infantis hiſtoria notaui [A]: neque ideo in hac repetere opus habeo.

Vel nimis debili ſpiritui in initio, vel demum poſt mortem longiori mora ſemiputrida, eidem immiſſa eſt:

 patet

[A] Pag. 88.

patet hoc ex colore fuſco, quo totum corpuſculum inquinatur ; inprimis vero ex maculis , quae nigerrimae , per lumbos et abdomen maxime diſperſae , habitum externum deturpant.

Cum interim tanta inter hunc foetum et illum , cuius antea hiſtoriam tradidi anatomicam , intercedat conuenientia in partibus deformatis externis , maximum me ſubiit deſiderium inquirendi , num interiora cuncta ſingulis itidem ſimillima forent , quae in prima Infante examinaui et deſcripſi. Ita enim rei ipſius veritate tutior firmatur obſeruatio , quod Natura , ſicuti in procreandis eiusdem generis corporibus ſemper et vbique ſibi conſtat vigilans , ita in efformandis partibus anomalis iisdem et inter ſe ſimilibus , eadem et certa , nec oſcitante , operandi ratione dormiens vtatur, vt eiusdem ſpeciei inter ſe ſimillima monſtra producat. De hac re , iuxta obſeruationem externam , iam obiter in prioris Infantis hiſtoria egi [A]: et agam forſan prolixius ex inſtituto de eadem poſtea. Num interim aliquod operae pretium ex hac diſſectione tulerit fidelis obſeruatio , optime iudicabit, qui vnius Infantis hiſtoriam cum alterius deſcriptione comparare , non grauatur.

Noto primo : quod Foetus hic maior ſit et robuſtior , quam ille , cuius hiſtoriam primam dedi ; vnde conſtat , quod poſt debitum vtero geſtationis terminum natus fuerit.

Noto

[A] Pag. 86. 87.

Noto ſecundo: quod partes inferiores deformatae, in hoc ad ſiniſtra flectuntur, vti in illo ad dextra, et quidem inclinatione notabiliore.

Moneo tertio: quod in deſcriptione earumdem partium foetus vtriusque, ſaepius vſurus ſum ſermone plane eodem; fiet id ob ſimilitudinem perfectiſſimam.

Conſpectus corporis externi hic fuit.

I. Caput magnum, naturaliter, vti in rite formato, ſano, recens nato Infante, diſpoſitum. Palpebrae, Os, clauſa. Nares, Aures, Crines, perfecte naturales, absque vllo vitio.

II. Collum naturale.

III. Pectus latum, robuſtum, toroſum: in hoc Mammillae, vti in recens nato eminere ſolent, eleuatae naturales, ſuis inſtructae papillis.

IV. Abdomen latum, toroſum, ſupra vmbilicum naturale. Vmbilicus medio ventre, ſuo loco, exſurgens. Abdomen infra vmbilicum ſolito gracilius, contractum magis, anguſtius ad Ilia, ſenſim arctatum inferiora verſus: hinc ambitu ſuo pyriformem figuram efformans. Diſtantia vmbilicum inter et ſcrobiculum cordis maior, longior, latior. Diſtantia vmbilicum inter et locum, quo terminatur inferius abdomen VII, et mox XII. memoranda informis Appendicula exſurgit, minor, brevior, anguſtior. Latus autem abdominis dextrum longius, magis extenſum et tenſum, quam ilia ſiniſtra, quae breuiora, latiora, et magis mollia ſunt.

V. Humeri, Brachia, Manus, Digiti, ſunt omnia naturaliter diſpoſita.

Hinc a parte anteriore corporis externi eademque laterali, a vertice ad regionem vmbilicalem, nihil monſtroſi percipitur: neque eſt aliquid praeternaturale in artubus ſuperioribus notandum, a parte anteriore.

VI. Occiput, Cervix, Humeri, Dorſum, Lumbi, Brachia, Manus, Digiti, Digitorum Vngues, naturaliter diſpoſita ſunt omnia, robuſta, toroſa, lata.

Hinc a parte poſteriore corporis externi eademque laterali, a vertice ad nates, nihil monſtroſi percipitur: neque eſt aliquid praeternaturale in artubus ſuperioribus, a parte poſteriore.

VII. In parte anteriore inferiore, pubes et inguina abſunt. Sed eodem loco, quo in rite formato corpore, in vtroque ſexu, ſupra coniunctionem oſſium pubis, ſuprema pars monticuli Veneris elevata, ad latera in inguina deſcendit, ibidem in hoc corpusculo notatur leuis inciſura, plicam efficiens, haud ita profunde, ac in priori Infante, inciſa; neque conuenit [vti in illa] cum inciſura, quae in cute ad digitorum articulos interna adeſt. Senſim etenim minus profunda et latior diſparet in latere dextro, et cum tenſa cute confluit extenſa ibidem. Inde vero ſiniſtrorſum latior ſenſim fit et profundior, profundiſſima in latere ſiniſtro ad inflexionem appendiculae. Inde iterum poſteriora verſus procedit latior quidem, ſed minus profunda, donec in parte poſtica media, eleuata et lata, ex ruga cum plana cute confluit, et ibidem deſinit. Inde, et a flexura appendiculae notabili adeo ad ſiniſtra, fit, vt in parte corporis dextra laterali inferiore, cutis abdominis de trunco continuetur ſupra appendi-

pendiculam tenſa, et ſine interſtitio, ſulco, ruga, vel linea, extendatur. Non ergo, vti in priori Infante, ſulcus format integrum, ſed modo ſemi-cingulum, circiter tres quartas partes totius trunci circumferentiae in corpore inferiore ambiens. Dum vero ambit, in anteriore parte, ab ortu ſuo ſiniſtrorſum deſcendit. Deſcendit et a poſteriore itidem, ſed dextrorſum, donec evaneſcat. Eſt ad hunc locum, quod oſſa innominata caeterum peluim efficiunt, et quod partes illorum ſuperiores, quae oſſa Ilium dicuntur, ad vtrumque latus ſuis inſtructae muſculis, ad poſteriora, lateralia, et ad anteriora, latam baſin corporis trunco ſuppeditant; atque ſupra ſe extenſum abdomen inferius ſuſtinent, quod iam ad hunc locum anguſtatur ex toto ſuo ambitu in oualem figuram, ſub Iliis etiam ad latera, et in ambitu, lumbis exceptis, molle.

VIII. A parte poſteriore corporis externi ibidem partium deformatio incipit, quo loco infra lumbos, nates naturales caeterum protuberant. Ibidem pars trunci infima planior fit, quam ſolet, eminentior tamen, quam in priori Infante, et quodammodo intorquetur. Longius et hic extenditur, tenſum ſub lumbis, latus dextrum. Brevius eſt, ſed mollius, et leuiter ab inflexa eo verſus appendicula compreſſum, latus ſiniſtrum, quod inde ſenſim ad dextra, iuxta inciſum ſulcum, oblique deſcendit.

IX. In Dorſo ad finem lumborum, vbi os ſacrum illis ſuppoſitum ſpinam continuam reddit et abſoluit, ibidem in latere ſiniſtro cutis multum profunde et oblique inciditur introrſum, fundo inciſionis acutiſſimo. Inciſae vero cutis pars exterior, vti labium in vulnere, valuulae inſtar, ipſam inciſam cutem tegit, operit, et ſurſum

extra illam eminet, illi arcte applicata. Inciſae cutis externae margo tenuis, in ambitu ſuo valde inaequalis, inciſus, fimbriatus eſt. Vbi incipit proxime lumbis ex cute continuus, valde ibidem tenuis eſt, acutus et ſuperficialis; ab ortu in mediis lumbis adſcendendo et inflexus deſcendendo format ſegmentum periphaeriae circuli ſiniſtrorſum, factus craſſior, et ſulcum profundiorem, medio profundiſſimum, iuxta decurſum marginis externi vero arcuatum, conſtituit. Vbi extremo ſiniſtro arcus marginis terminatur, adſcendit linea recta parum oblique extrorſum, ad ſemipollicarem altitudinem extra arcum priorem, quae reflectitur apice rotundo obtuſa, deſcendendo lateſcit in arcum flexa, atque, ad extremum iterum contracta, finitur pedunculo. Vbi finitur, tertia exſurgit, iuxta priorem, cutis inciſura papillaris obliqua ſiniſtrorſum, quae apice rotundo reflexa, iterum deſcendendo latiori baſi deſinit, et cum cute alta confluens terminatur. Tertia haec et ſecunda inciſura ſatis facile eleuantur, et aliquo modo reflectuntur. Prima vero, quae latiſſima lumbis proxima eſt, eleuata difficillime reflectitur, intus quippe aliquid elaſticum, lumbis continuum, ilico depreſſam reſtituit [hoc poſtea apparuit, extremum oſſis ſacri et coccygem eſſe cartilagineam]. In inciſae cutis fundo, profunde et acute ſulcato, nullus locus notatur pro ano, ita vt nec huius perforatio, nec vllius veſtigii indicium, appareat.

Cutis huius inciſura fundusque ſulcatus comparanda ſunt cum illo Interſtitio, quod in priori Infante nates diſtinguit [A]. Videtur etenim ſulcus, qui ſub extrema coccyge extenditur, verum interſtitium, quod nates diſtinguit. Videtur cutis inciſa, complicata, et in marginem

[A] Pag. 4. IX.

nem extenuata, vna cum toto ambitu infra inciſuram ad plicam tertiam euaneſcentem vsque, natium dextra maxima, tegens ſiniſtram complanatam.

X. In parte anteriore media infima abdominis, ſupra inciſuram VII, tactu ſentitur durum prominens, vt naturaliter hoc loco coniunctio oſſium pubis protuberat.

XI. In parte poſteriore, ſupra nates informes, tactu percipitur ſpina dorſi vltimis lumbis terminari recta, nec flecti incurua ad latus, vti in priori Infante; et tangitur ſub eadem durum et reſiſtens, preſſum reſilire elaſticum. Caeterum ad latera omnia mollia ſunt, nec eſt vllum eminentium oſſium Ilium indicium VII. In natibus vero adeſt mollior durities, preſſui digitorum cedens, prementis digiti veſtigia retinens, vt a ſubiecta pinguedine duriuſcula, poſt mortem frigore condenſata, his in partibus fieri ſolet, multum aucta a diuturna conditura in liquore ſpirituoſo.

Hinc tactu aeque, quam viſu, apparet, peluim a naturali ſtatu decedere: qualis autem ſit deformatio, definire impoſſibile eſt.

XII. Ex toto ambitu inferiore ſiniſtro, anteriore, laterali, et poſteriore cutis ſulcatae: deinde ex continuitate ambitus dextri poſteriore, laterali et anteriore, vbi, diſparente ſulco, illa continuatur ſine ruga vel linea VII, protenditur Appendicula ſiue cauda informis, vnica, craſſa, ad ortum latiſſima, teres deinde, ſenſim ad inferiora parum gracilior, cute plus tenſa, nec [vti in priore Infante] inaequali ita et rugoſa, mollis; qua a latere dextro, ſiue exteriore, quatuor pollices, a latere vero ſiniſtro, ſiue interno, duos cum dimidio longa, cruris vnius quodam-

modo,

modo, ſed indigeſtam et deformem figuram refert, valide et longe magis ſiniſtrorſum, [quam in priori Infante dextrorſum flectebatur] inclinata. Vnde fit, [vti iam VII. monui] quod ſulcus in latere ſiniſtro profundus, ſenſim ad dextra extenſus, tandem euaneſcat, et ibidem cutis maxime tendatur. Huic appendiculae iterum continua adeſt Altera minor et gracilior, cum maiori in anteriora ad angulum rectum et leuiter ſiniſtrorſum flexu eleuata, pedem fere referens, qui rudis, informis, indigeſtus, ex lato extenuatur in apicem rotundum, nullis interſectis digitis diſtinctum, nec vngue ornatum.

XIII. In Appendicula maiori, ortu praeternaturali ita exſurgente, per attactum percipitur haerere intus oſſeum, teres, durum. An vnicum vt Femoris? an duplex, vti in Crure? Ob mollitiem et craſſitiem partium circumpoſitarum non rite diſtinguendum, nullo, niſi ſupra ad ortum ſuum, infra ad Appendiculam minorem, articulo mobile.

XIV. Articulus ſuperior, ad ortum maioris Appendiculae e medio infimo trunco, ſinit hanc moueri antrorſum facile, difficilius retro et ad latera oppoſita, atque motu continuo in orbem. Eſt interim ſiniſtrorſum et ſurſum, quorſum inclinatur, longe mobilior, quam ad dextra.

XV. In Appendicula minori ad maioris extremum inflexa, notabile itidem eſt durum oſſeum, quod intus tactu diſtinguitur in apicem extenuari rotundulum. In parte autem eiusdem, reſpectu trunci corporis, poſteriore eademque ſuperiore, vbi cum Appendicula maiori XII. articulatur, ſentitur oſſeum hoc pluribus conſtare fruſtis elaſticis, ſupra ſe inuicem mobilibus, numero et figura incertis. An ſunt rudimenta tibiae et fibulae? an ite-

rum

rum [vt in priori Infante] patella an potius tarſus? Ad extremum dictae minoris appendiculae cutis aequaliter tenditur, nec inciditur diſtincte diuiſa.

XVI. Appendicula haec minor flectitur articulo ſolum mobili, reſpectu corporis, antrorſum et oblique ſiniſtrorſum, neque contrario motu extenditur, vt cum appendicula maiori XII. lineam rectam efficiat, ne quidem per vim externam. Dum vero extenditur, ſentitur mobile, durum, elaſticum XV, a poſteriore altius adſcendere, ſupra extremum inferius appendiculae maioris, tumque cutis ibidem rugas notabiles contrahit, dum ad articulum ab anteriore plana extenditur.

XVII. Longitudo Infantis eſt, a vertice menſurando, linea ducta per medium pectus, abdomen, et appendiculam ad extremum caudae praeternaturalis XII, pollicum Rhenolandicorum 15 et linearum $2\frac{1}{2}$. A vertice ad vmbilicum 8 pollicum et linearum $3\frac{1}{2}$. Ab vmbilico ad caudam extremam, pollicum 6 et linearum 11. Ergo et hic deficit circiter vna quarta pars longitudinis totius Infantis, quae eſt, ab vmbilico dimetiendo, dimidia circiter pars extenſionis inferioris.

XVIII. Cum interim in extremitate [quam paſſim appendiculam vel caudam nominaui] praeternaturali, vnica ſit modo ad ortum ex infimo trunco, altera ad pedem inflexum, articulatio, deficit in tota vna inflexio, adeoque vel femur, vel crus, vel pes abeſt, vel latet horum rudimentum in ſegmentis tactu diſtinguendis inter, et ad extrema appendiculae maioris et minoris XV., vbi hae articulantur.

XIX. Hic eſt, ad externam faciem, alterius monſtroſae Infantis corporis conſpectus, cum priori ita in genere conueniens, vt paucae ſint notabiles differentiae, neque ad habitum externum in hac vlla reſtat ſexus definitio, quoniam nec genitalia protuberant, nec et in hoc corpuſculo dimenſio locum habet, qualem inter marem et foeminam ad peluim, in prioris hiſtoria [A], et alias [B], notaui.

XX. Vt ergo omne dubium tollatur, atque mira partium deformatarum hiſtoria innoteſcat, comparanda cum priori, opus erat diſſectarum inquiſitione. Hanc facillime impetratam attentiſſime peregi, laetus abſolui, accurate deſcripſi: nec, niſi plane perſpectas et prius adnotatas, cum prioris Infantis deſcriptis et delineatis partibus comparaui, ne quid et in hiſce praeiudicaret opinio. Inquiſiui iterum in omnes partes, etiam illas, quae bene conformatae ſunt, quas tamen, niſi, vbi opus eſt, in tranſitu tango.

CAPVT SECVNDVM.

CONSPECTVM PARTIVM DEFORMATARVM, POST ABLATA INTEGVMENTA, EXHIBENS.

Circumciſa prius cute vmbilici, ad decuſſim deinde diſſecui abdominis integumenta, tendente ſimul ſectione orbiculari per lumbos. Haec a ſubiectis partibus deglubui, atque ſocci inſtar de femore et crure vnico detraxi

[A] Pag. XIX. [B] Nou. Comment. Petropolit. Tom I. pag. 319.

detraxi. Cutim autem et pinguedinem deprehendi turpi colore corruptam a putredine. Cutis ſimul corii inſtar indurata erat, licet, ante inciſionem, foetum vltra viginti quatuor horas aqua pura renouata, in fine tepida, maceraſſem, qua tamen maceratione vix aliquid emolluit. Id factum eſt a liquore ſpirituoſo, in quo per tot annos ille ſeruatus fuit. Vnde euenit, quod muſculi, iam denudati, foetido adeo colore obfuſcarentur, vt vix vlla diſtinctio notabilis eſſet inter partes horum carneas et tendineas, etiam poſt nouam macerationem. Separatio interim cutis a pinguedine, et huius a ſubiectis partibus, ſatis facilis fuit, per quam neque ani apertura apparuit, neque in parte anteriore genitalium protuberantia. Nullas diſtinguere potui, licet attentiſſimus, in muſculis obliquis abdominis externis tendineas fiſſuras, annulos vulgo dictas, per quas notaui in alia Infante tranſire filamenta, quae ex ligamentis vteri rotundis diſperguntur per pinguedinem.

In Pectoris muſculis nihil apparuit culpandum: in abdominis iterum deſcribenda lateralis extenſio atque inde orta deformitas: vnde illud inferne ouale, magis ſolito anguſtatur, oſſium ilium abſentia etiam ad latera molle. Linea alba, vt ſolet, ſupra vmbilicum latior, infra eundem exilior, ad infimam abdominis partem, vbi caeterum pubes, et iam durum etiam quid prominet, euaneſcit ſupra exortum muſculorum femoris vnius. Eſt et ortus muſculorum rectorum abdominis atque pyramidalium, inde etiam tranſparentia naturalis, vti in illorum hiſtoria patebit (a). A Parte autem poſteriore, ablatis integumentis capitis, colli, ſcapularum, dorſi, muſculi examinati naturales apparent. Sunt et illi, qui

a Vide Tab. VI.

in lumbis locantur, integerrimi, nec truncantur ad extrema ſua, vti in priori Infante ad truncatam ſpinam dorſi vltimam: contra cum huius extremo inflexo integri inflectuntur. Eſt itaque ſequens, poſt ablata integumenta, facies.

Colli, dorſi et lumborum, vertebrae faciunt ſpinam rectam, gibba ſua parte extrorſum incuruam. Os ſacrum vero, vbi infimae lumborum vertebrae ſuppoſitum, cum eadem iungitur per ligamentum, quod huius inter et corpus primae oſſis ſacri vertebrae intercedit, retro prius, deinde ſurſum, flectitur ad angulum valde acutum, et leniter ſimul ſiniſtrorſum vergit. Vbi reflectitur ſuprema oſſis ſacri vertebra, recipitur a latere ſuperiore exſciſſo ſcuti oſſei, et firmiter illi per ligamenta ad latera alligatur. Scutum hoc [hiſtoria oſſium deſcribendum] partem perfecte poſticam et ſimul infimam trunci, ſub lumbis et oſſe ſacro cum coccyge inflexo, obſidet et tegit, quo loco haec naturaliter locanda forent. Scutum hoc oſſeum figura externa ita eſt ouale, vt latitudo excedat parum altitudinem, parte ſua poſtica concauum eſt, quam cauitatem muſculi replent ſatis validi, in horum Hiſtoria memorandi. Vti ſupra, ita infra, exſcinditur in lunulam cauam: vnde patet, quod aliquo modo differat a ſcuto oſſeo, eodem loco in prima Infante locato: refert tamen et hoc, vti illud, obiter partem ſuperiorem coxarum, quam os ilium dicunt, ſupra acetabulum, dum et ſimili limbo cartilagineo in ambitu ad latera cingitur, qui ſupra et infra terminatur. Iuxta marginem externum huius limbi cartilaginei, ſcuti oſſei latera cingentis, apparet elongata aponeuroſis vtrius-

que

que muſculi obliqui abdominis externi eidem accreſcere, et cum declinato elongari. Apparet et in parte ſuperiore lateralis accretio aponeuroſeos muſculi latiſſimi dorſi vtrimque ad eundem (b).

b Confer Tab. V. Fig. I. I. λ. f ξ.

Vbi limbus cartilagineus, ſcutum ambiens, ora inferiore obtuſa terminatur, inde ad anteriora percipitur tactu procedere lateraliter durum quid, immobile oſſeum, et profundum ſub mollibus circumpoſitis partibus decliue; quod introrſum anguſtius, deinde iterum ad extremum lateſcit; hoc ad infimam mediam anteriorem partem abdominis, oſſium pubis inſtar, vbi hæc ſynchondroſi ſub monticulo Veneris iunguntur, protuberat (c), et ad mediam eiusdem partem ſuperiorem linea alba [vti iam in eius deſcriptione monitum eſt] terminatur; cuius ad latera muſculi recti abdominis, et pyramidales, naturaliter ortum capiunt, et a quo femoris muſculi, in parte inferiore, oriuntur.

c Tab. VI. Q.

Ex toto ambitu poſteriore, laterali, ſed inprimis anteriore, infimae partis trunci corporis, [perfecte vti in prioris Foetus hiſtoria [A] deſcribitur] prominet, per muſculos annexum, vnicum ſimplex femur, atque illi articulatum, et articulo flexile, vnicum os tibiae, itidem ſimplex et ſuis ornatum muſculis, quod in apicem rotundum cartilagineum obtuſum deſinit.

Patuit iam viſu, aeque quam tactu, ſed inprimis flexura tibiae, ratione corporis, antrorſum, os femoris haerere inuerſum ita, vt latus eiusdem poſterius anteriora et oblique ſiniſtrorſum, latus vero anterius poſteriora et ſiniſtra reſpiciat: contrarium vero obtinet ratione femoris ipſius,

[A] Pag. 12.

d Confer Tab. V. Fig. 1. et 2. Tab. VI. Fig. 1. Tab. VII. Fig. 1. et 2.

ipſius, et cum eo articulatae tibiae, atque ad hanc intorſionem locantur muſculi (d). Praeterea illud, quod, integra femoris cute, ad articulum femoris inferioris cum parte ſuperiore tibiae, mobile et glabrum in hoc ſentiebatur XV, eſt iterum patella figura errans, cui inſerti ſunt a parte ſuperiore muſculorum tendines, ab inferiore tibiae ligamenta iterum bina.

Muſculorum ergo, in trunco infimo atque in crure extenſorum, peculiaris diſpoſitionis daturus hiſtoriam, deſcriptionem iterum inchoare cogor, vbi inquiſitiones finiui; oſſium ſcilicet a naturali aberrans exhibenda eſt figura, atque eorumdem inter ſe deſcribenda eſt coniunctio, vt melius intelligantur ea, quae in muſculis deformantur, atque in his partibus et in cauitate abdominis inferiore, deficiunt. Hoc ſi minus clare a mea parte fit, in hac Infante plus habeo, quo me conſolor, quam in priore, cum, praeter rei deſcribendae miram implicationem, accedat inſuper partium corruptio, induratio, et turpior facies.

CAPVT TERTIVM.

IN PARTIBVS DEFORMATIS OSSIVM HISTORIAM DESCRIBENS.

Capitis oſſa omnia, tam ad figuram, quam ad coniunctionem, ſunt, vti in recens nato foetu eſſe ſolent. Figura et numero conſtant colli, dorſi, lumborum, et oſſis ſacri, vertebrae. Conſtant oſſis coccygis naturales, ſed numero pauciores. Coſtae, coſtarumque cartilagines ſunt

ſunt naturales. Naturale eſt ſternum in foetu cartilagineum, inſulis oſſeis pro oſſificatione diſtinctum. Scapulae, clauiculae, oſſa humerorum, brachiorum, manuum, digitorum, nihil exhibent praeternaturale: ergo in his omnibus haud vltra moror.

In Lumbis eſt notanda leuiſſima inflexio ſiniſtrorſum, vt latere dextro (a) hi parum conuexi, ſiniſtro (b) concaui, leuiter tendantur in arcum; caeterum partibus ſuis conſtant naturales, inprimis anterioribus; conſtant et poſterioribus, ſed harum inferioribus, ab inclinatione oſſis ſacri, compreſſis: vnde longitudine iuſta minores parum lateſcunt.

a Tab. III. Fig. 1 A B.
b Ibid. Γ. Δ.

Prima autem, ſiue ſuprema, oſſis ſacri vertebra, vti reliquae ſpinae dorſi, maximam partem ſuo corpore cartilaginea (c), nucleum oſſeum habet intermedium (d), et per ligamentum intercedens (e) nectitur naturaliter cum vltima, ſiue infima, dorſi vertebra (f). Eſt inde facies huius ſuprema, a parte anteriore, naturalis. Aſt vero corpore ſuo primo deorſum, deinde retrorſum, flectitur (g), et eſt ſuperficies infima ſubito accliuis, leuiterque obliqua poſteriora verſus (h). Vbi corpore ſuo medio notabilis ad poſteriora reflectitur haec vertebra oſſis ſacri prima, ibidem anterius et in parte inferiore, eminet in globulum leuem (k), ad latera multum exſciſſum (l), et hac ſui parte rotunda anteriore et inferiore retinetur, locata intra duas iſtas eminentias, quae in parte ſuperiore ſcuti oſſei ſunt aſperae, et leui cartilagine cruſtatae (m). Hae eminentiae partes laterales oſſis ſacri inferiores (n) recipiunt ligamento firmatas. Inde pars eiusdem vertebrae inferior, ſed a reflexione altior, concinne recipitur, a

c Ibid. Fig. 1. D Θ.
d Ibid. f.
e Ibid. 6.
f Ibid. B Δ.
g Ibid. D. f. Θ.
h Ibid. et Fig. 2. D.
k Ibid. Fig. 1. f.
l Ibid. D. Θ.
m Ibid. Fig. 3. G. H.
n Ibid Fig. 1. D. Θ.

lunula

o Ibid. Fig. 3. F. lunula, quae in eodem ſcuto ſupra (o) exſcinditur, retinente extremo ſuperiore limbi cuiusque cartilaginei (p), p Ibid. D E. qui ſcutum ad latera ambit, partem lateralem oſſis ſacri q Ibid. Fig. 1. E. Ξ. cartilagineam (q) ibi, vbi haec lunulam tranſiens extrema leuigata tangit criſtae cingentis. Extenditur ab hac inclinatione multum latus vertebrae anterius, dum poſterius eo magis comprimitur, vnde pars canalis ſpinae dorſi, hoc loco, intus multum anguſtatur. Latus vero primae huius vertebrae inferius, ab hac inclinatione [vti mox monui] inuertitur poſteriora verſus obliquum, atque iungitur naturaliter, intermedio ligamento, cum latere ſupremo vertebrae oſſis ſacri ſecundae, quae perfecta [quod ad figuram attinet] plane inuertitur et oblique vergit ſiniſtrorſum, iuncta cum tertia, quae iterum cum quarta, et haec cum quinta colligatur. Sunt, vti in foetu ſolent eſſe, diſtinctae et cartilagineae, habentque ſingulae t Ibid. Fig. 2. g. h. i. k. vertebrae nucleum intermedium (t), vnde oſſificatio incipit. Nucleus in his ſenſim minor fit, prout ipſae vertebrae decreſcendo fiunt graciliores. Iunguntur omnes li- u Ibid. 8. 9. 10. gamento intermedio (u), ſenſim tenuiore et decreſcente ratione, qua vertebrae decreſcunt. Sunt autem duo ſuperiora ligamenta, [quod nempe inter vltimam dorſi et primam oſſis ſacri vertebram, deinde quod hanc inter et ſecundam intercedit] ab anteriore parte, multum extenſa et lata, a parte vero poſteriore tanto magis compreſſa, quo plus vertebrae, ibidem reclinatae, ad alteram accedunt, ob inuerſionem.

Hinc in corporibus vertebrarum oſſis ſacri nihil culpandum eſt, neque in ligamentis intermediis, quam ſola inclinatio praeternaturalis et inuerſio verſus

ſus poſteriora oblique ſiniſtrorſum, atque inde nata extenſio in anteriore, et contractio in poſteriore parte.

Adſunt porro in oſſe ſacro partes laterales (v) naturales, vti in foetu eſſe, et diu manere ſolent, cartilagineae, ſed a receptione intra lunulam, in ſcuto oſſeo ſuperne exſciſſam (x), multum primo comprimuntur, deinde plicantur antrorſum, et tandem ad corpora vertebrarum anterius applicantur; illae inprimis, quae dextri lateris ſunt (y). Cum autem harum partium ſuprema pars lateralis [quae ab inuerſione hic iam infima eſt] latiſſima ſit et ampliſſima, ſenſim deſcendendo facta gracilior, ita iam eadem antrorſum complicata plus prominet (z). Eſt haec prominentia [vtrimque naturaliter ad latera externe locanda explicata] cuius per latus infimum complanatum (aa) os ſacrum articulatur cum leuiſſimis aſperitatibus cartilagine cruſtatis, quae ſunt in ſcuti oſſei interiore et ſuperiore parte, quo loco ſpina media ex illo eleuari incipit (bb). Sunt autem hae aſperitates, partes iſtae oſſium ilium, quibus os ſacrum naturaliter, cum iisdem committitur [A] introflexae ab inuerſione et illorum concretione. Retentae fuere prominentiae hae laterales, articulatae cum aſperitatibus, per ligamentum ambiens et nectens validiſſimum. Porro partes oſſis ſacri laterales, vbi reflexae altius (cc) tranſeunt lunulam in ſcuto oſſeo exſciſſam, ibidem, vti corpus vertebrae primae retinetur ab eadem, ab extremis ſuperioribus limbi cartilaginei vtriusque firmantur, ad hoc planis (dd).

v Ibid. Tab. 1. 2. D E. F. Θ. Ξ Π.

x Ibid. Fig. 3. 6 F. D. E.

y Ibid. Fig. 2. D. E. F.

z Ibid. Fig. 12. D. E. Θ. Ξ.

aa Ibid. Fig. 1. D. Θ.

bb Ibid. Fig. 3. G. H.

cc Ibid. Fig. 1. E. Ξ.

dd Ibid Fig. 3 D. E.

C Hinc

[A] Albin. Hiſtor. oſſi. foet. Hum. Fig. 68 .d. Et oſſium Human. Tab. XXIII. Fig. 3. 4. f. g. Weitbrecht ſyndesmolog. Fig. 52. e.

Hinc et in partibus lateralibus oſſis ſacri culpandum nihil eſt, niſi plicatio, complicatio, et ad anteriora applicatio.

A parte poſteriore lumborum et oſſis ſacri, iſta oſſea principia partium lateralium, quae per medium ſegmentum cartilagineum, quod deinde in ſpinam oſſeam excreſcit, connexa, canalis ſpinae dorſi partem poſticam et lateralem conſtituunt, naturalia adſunt. Haec figura ſua, quae illis in recens nato foetu propria eſt, conſtant, in vertebris lumborum ſuperioribus et oſſis ſacri infimis. Illa etenim, quae ad quatuor ſuperiores lumborum vertebras pertinent in vtroque latere, nihil culpandum exhibent in partibus oſſeis (a), vel in haec iungente cartilagine intermedia (b). Quae vero ad vertebram quartam pertinet, in latere ſiniſtro, pars oſſea iam compreſſa parum accurtatur, inſinuata parte ſua ſuperiore ſub infimo latere partis oſſeae illius, quae proxima ſuperior pertinet ad vertebram tertiam (c). Dextra naturalis figurae, inſinuatur tamen ſub proxima ſuperiore (d). Illa vero, quae quintae, ſeu infimae, lumborum vertebrae ſunt, principia oſſea multum ſurſum preſſa (e) per reclinationem oſſis ſacri, ſub penultimis valide inſinuantur. Fit ab hac compreſſione, vt, impedita ſeſe extendere in longitudinem, breuiora plus lateſcant, et figura ſua errent.

In oſſe ſacro, ab eadem inclinatione, ſegmenta ſupremae illius vertebrae poſtica et maxima oſſea, validiſſime ſurſum comprimuntur, inde breuiora lateſcunt, multum inſinuata ſub partibus poſticis vertebrae lumborum infimae (e). Sunt magis libera, quae ad vertebram oſſis ſacri

a Tab. III. Fig. 2. A. h. Γ θ.

b Ibid. a. b. c. d. e.

c Ibid. θ.

d Ibid. h.

e Ibid. B. Δ.

e Ibid. D. B.

ſacri ſecundam pertinent, complanata tamen, leuiterque ſub ſuperioribus inſinuata. Tertiae autem, quartae et quintae eiusdem oſſis vertebrae partes poſticae naturales et ſenſim graciliores (f) ſunt, atque hiatum illum efficiunt naturalem, in quem ſpinae dorſi canalis exit (g).

f Ibid. Fig. 1. h. i. k.

g Tab. V. Fig. 2. S.

Infimae oſſis ſacri vertebrae continua eſt Coccyx (h) tota cartilaginea, haec tribus modo conſtat vertebris, ſed optime formatis.

h Ibid. Fig. 1. 2. G.

Cum omnes hae partes oſſis ſacri, dum reclinantur, ſimul ſiniſtrorſum flectuntur, ſunt partes oſſeae, et inprimis cartilagineae, in ſiniſtro latere magis adhuc compreſſae, quam in dextro.

Per hiatum, in quem ſpinae canalis exit, fibrillae tenuiſſimae, ſed copioſae, nerueae proueniunt; progresſus hi ſunt extremae medullae ſpinalis, quae cauda equina vocatur. Plurimae harum fibrillarum ſe affigunt lateribus hiatus et coccygi, multae ad partes adiacentes et ad crus tendunt.

Sub oſſis ſacri vertebrae ſupremae parte inferiore ponitur ſcutum oſſeum [quo nomine noto oſſa ilium ad poſteriora flexa et inter ſe concreta] illi, et partibus eiusdem lateralibus, firmiter annexum. Hoc preſſu ſentitur aliquo modo mobile ita, vt cum lumbis articulatum, non concretum, notetur. Sub lumbis et oſſe ſacro reflexo conſtituit perfecte partem poſticam et infimam trunci corporis. Ibidem coecum eſt, nec vllo foramine perforatur. Figura obiter eſt ouale ita, vt latitudo altitudinem parum excedat. Eſt hoc latere leuiter concauum (a), et ex centro quaſi exſurgit in ambitum ſenſim elatiorem conchae inſtar, qui terminatur craſſo et obtuſo margine

a Tab. III. Fig. 6. A.

b Ibid. bbbb. gine (b). Margo hic in ſuprema parte multum exſcinditur extenuatus in lunulam cauam (c), quae primae oſſis ſacri inflexae vertebrae partem inferiorem, et iam ab inflexione poſteriorem, cum partibus lateralibus comprehenſam, coërcet et retinet. Margo idem in parte infima exſcinditur in lunulam cauam (d), ſuperiore maiorem, vbi vtrimque limbus cartilagineus, latera cingens, terminatur (f). Lunula haec inferior continuatur, ambitu ſuo interno et infimo in os, quod ad angulum rectum inde procedit flexum ad anteriora (h) latus inferius, ſeu baſin, conſtituens iſtius trabis oſſeae, quae ex interno ſcuto porrecta, antrorſum, ad latera, et inferius, in cartilaginem (i) abit, in qua acetabulum et peluis continentur, mox deſcribenda.

c Ibid. et Fig. 3. F.

d Ibid. Fig. 4. 6. a a.

f Ibid. et Fig. 3. C C.

h Ibid. Fig. 4. a a. K.

i Ibid. et Fig. 3. G H K.

In parte interiore ſcutum oſſeum ex toto ambitu ſuperiore et laterali leuiter conuexum (k) exſurgit, et ſenſim adſcendendo, ab inferiore vero ex lunula mox deſcripta rectum procedendo, eleuatur media ſui parte in ſpinam oſſeam, ita quadrilateram, vt latus ſupremum latiſſimum et quodammodo conuexum ſit (l). Infimum vero latus gracilius, ad figuram lunulae inferioris, emergit, vnde ad exortum ſuum leuiter concauum eſt: anguſtatur autem planius, dum ad priora procedit (m). Latera huius ſpinae lateralia ſunt graciliſſima et inter ſe aequalia. Eſt haec ſpina oblonga, et dum ex medio ſcuto procedit latiſſima (n), leuiter deinde contracta ſenſim inclinatur (o) deorſum.

k Ibid. Fig. 3. A A.

l Ibid. G H K.

m Ibid. Fig. 4. K.

n Ibid. Fig. 3. G H. Fig. 4. a a.

o Ibid. K.

In parte huius ſpinae ſuprema, vbi, ſub exſciſſa lunula ſuperiore, lata incipit procedere et plana, et illi proxima eſt, vtrinque exſurgit parua, oualis, et aſpera eminen-

eminentia, quae tenui cartilagine cruſtata, leuigatur (p). Haec eminentia articulatur cum reclinatae partis lateralis cartilagineae oſſis ſacri parte ſuprema, ſed inuerſione infima facta et protuberante, leuiſſimeque ad hunc articulum excauata (q). Articulationem hanc retinet, firmiſſime tenſum et validum, ligamentum, quod toti ambitui eminentiarum, et parti excauatae lateralium cartilaginum oſſis ſacri, circumcreſcit. Dum ligamentum hunc articulum firmat, ſimul retinet reliquae huius vertebrae partem cum cartilaginibus lateralibus, intra lunulam exſciſſam ſcuti oſſei et extremum ſuperius limbi vtriusque cartilaginei, inſinuatam.

p Ibid. Fig. 3. G H.

q Ibid Fig. 1. D Θ.

Haec eſt articulatio oſſis ſacri cum oſſibus ilium, quae concreta ſcutum oſſeum conſtituunt, naturalis, vt poſtea patebit. Haec cum partibus illorum lateralibus aſperis, et cartilagine leui cruſtatis, per firmiſſimum ligamentum firmatur naturalis.

Spina oſſea procedens decliuis anteriora verſus, vbi terminatur (r), abit in cartilaginem latam, validam, craſſam (s), quae extremo quadrato illius ab omni parte, inprimis inferiore, eleuata circumcreſcit, ita quidem, vt oſſeum extremum durum intra molliorem cartilaginem quaſi intruſum videatur, cum huius eleuatione circa illud. Eſt cartilago haec lata, craſſa, quadrata, tranſuerſa oblonga ita, vt altitudinem (t) latitudo notabilis (u) excedat. Latus huius cartilaginis poſterius totum leuiter ita excauatur, vt extremum ſpinae oſſeae vndequaque recipiat, eminente margine cauitatis circa et ſupra illud in toto ambitu ſuperiore, laterali, et inferiore (v) inprimis. A latere hoc cauo poſteriore magis contracto cartilago

r Ibid. Fig. 3. 4. K.

s Ibid. L M M L.

t Ibid. L I.

u Ibid. M M.

v Ibid. L. et Fig. 4. 5. I. I.

cartilago haec procedit lateribus vtrinque latis, conuexis,
aa Ibid. M M. in modum periphaeriae circuli (aa), contracta ad ante-
riora; vbi vtroque extremo continuatur leuiter exſciſſa in
ſegmentum oſſeum, teres, et quodammodo interiora ver-
bb Ibid. NN. ſus incuruum (bb); latere vero anteriore, inter haec
extrema leuiter excauata medio, terminatur, eodem
cc Ibid. I. rotundo et globoſo (cc) prominens.

Cartilago eadem a parte inferiore, lateri infimo ſpinae
oſſeae leuiter cauo continua, atque circumcreta excauatur in
acetabulum vnicum, quod oblongo-quadratum, in dextro la-
ee Ibid. Fig. 4. S. tere amplius (ee), transuerſum ponitur margine exteriore
ff Ibid. L M M I. rotundulo terminatum (ff), vnde latera idem conſtituentia in-
terna ſurſum, ſiue ad cacumen eius, conniuent. Totus eius
fornix, in omni ambitu, itidem cartilagineus eſt, concretus ex
gg Ibid. ss. fruſtulis, remanente linearum concretionis veſtigio (gg): inde et
ſuperficies interna multum inaequalis eſt: ſed leuem eandem
reddit membrana tenuis, fortis, ligamentoſa totam cauita-
tem ſuccingens, eidemque leuiter accreta per tegmen te-
nuiſſimum celluloſum, arctius ad ambitum marginis, qui
hh Ibid. Fig. 5. Γ Δ Ξ. cartilagineus cauitatem determinat (hh). Haec membra-
na vndique clauſa, caua et tenſa, extra totum ambitum
marginis huius, inprimis dextri, exporrecta eminet: ibi-
ii Ibid. et Fig. 3. et Tab. VII. Fig. 2. Ξ. demque capſulam format globoſam (ii) adaptatam ad
oſſis femoris vnici caput (kk) ambiendum, retinendum,
kk Tab IV Fig. 1. 2. B. coërcendum, quaeque deinde capitis ceruici (ll) in am-
bitu eiusdem, ſupra trochanteres (mm) adcreſcit et firmiſ-
ll Ibid. D. ſime circumcreſcit. Ita retinet haec capſula, extra ace-
mm Ibid. ab. tabulum dextrorſum locatum et inuerſum os femoris,
confer. Tab. VII. Fig. 2. Ξ. quod oblique inde ad ſiniſtra deſcendit. Quae vero pars
huius membranae ab ambitu ſiniſtro dextrorſum clauſa
exten-

extenditur, validiſſime tenditur. Aperta vero intus tota eſt politiſſima (nn) retinetque, ſibi leuiter adhaerentem, nn Tab III. Fig. 5. Γ Δ Ξ. in receſſu ſiniſtro glandulam oblongam, teretem, infra et ſupra quodammodo planam, altero extremo bifidam, quo ſpectat ad dextra (oo). oo Ibid. Γ Δ.

Cartilago eadem a parte laterali vtrinque (a) incurua a Ibid. Fig. 3. 4. MM. abit in oſſicula teretia, leuiter incurua, extus gibba, intus concaua (b): quae altero ſuo extremo continuantur b Ibid. N N. in cartilaginem anteriorem (c). Cartilago haec anterior c Ibid. P O O Q. craſſa, trilateralis fere aequalis, baſi ſua laterum breviſſima, leuiter excauata, ſurſum ſpectat (d), cuius an- d Ibid. P. gulos extrema oſſicula teretia ſuſtinent. Latera a baſi huius cartilaginis ſenſim contracta antrorſum procedunt conniuentia (e), atque extremo deorſum et leuiter ad po- e Ibid. O O. ſteriora inclinata, et apice rotundulo (f) terminata, f Ibid Q. coeunt. Ab hoc extremo inferiore priore, deinde ab eodem poſteriore, plurimi femoris muſculi oriuntur. Cartilaginis maioris latus anterius prominens (i), cartilaginis i Ibid. Fig. 3. 4. I. minoris latus ſuperius cauum (k), cum ambitu incuruo k Ibid. P. oſſium cartilagines iungentium interno (l), deſcribunt peluis l Ibid. NN. ambitum internum in formam lunae creſcentis apertum (m). m Ibid. R.

Oſſa ilium iam deſcripta in ſcutum vnicum concreta, ſuo quoque in latere cingit limbus latus, craſſus, cartilagineus (a), illi plane ſimilis, qui in foetu recens nato a Ibid. Fig. 3. 4. 6. D BC. EBC. [A] et diu poſtea, naturaliter cartilagineus oſſis ilium criſtam efficit, poſtea cum eodem oſſeus confluens. Incipit limbus hic vtrinque ad cornu lunulae in ſcuto ſupremo exſciſſae (b), ibidemque principium craſſum et rotun- b Ibid. DE. dulum

[A] Albin. oſſ. Foetus Hum. Fig. 67. pag. 68. e. Human oſteogeny by R. Nesbitt pl. V. Fig. 1. 2

dulum intus multum leuigatur, retinet autem, vbi leuigatur, partem lateralem primae oſſis ſacri vertebrae intra lunulam comprehenſae, quo loco nudam hanc cartilagineam cartilagineum tangit. Deſcendit deinde iuxta ambitum vtriusque oſſis ilium limbus ſenſim lateſcens et craſ-
c Ibid. BB. ſior factus, latiſſimus euadit et craſſiſſimus in medio (c),
d Ibid. BC. vnde verſus inferiora iterum paulatim contrahitur (d), donec gracilior terminatur ad extremum lunulae inferio-
e Ibid. a a. ris (e), fine itidem obtuſo (f).
f Ibid. C C.

Omnes deſcriptae partes, tam oſſeae, quam cartilagineae, veſtiuntur naturaliter membrana tenui, forti, vnica, continua. Haec eadem perioſtium ad oſſa, ad cartilagines nondum in oſſa verſas perichondrium, dicenda eſt. Hac ablata accuratiſſime, partes cartilagineae vix amplius ab oſſeis ſuſtinentur, ſed ſponte, vel minimo motu, decidunt, vt fieri ſolet in iunioribus. Sunt autem partes hae plurimae cartilagineae, quae aetate deinde oſſeſcunt. Cum hac membrana iunguntur partes adiacentes interuentu tegminis celluloſi. Pars vero ſuperior
a Ibid. I. P. vtriusque cartilaginis (a) et cauitas peluis (b) ſuccingitur
b Ibid. R. a ſuperficie infima peritonaei, quod ibidem in ſaccum
c Tab. XI. coecum terminatur (c).
14. 14.

Sub Acetabulo deſcripto haeret os Femoris vnicum, extra illud ita dislocatum, vt capite ſuo fere toto promineat extra receſſum illius dextrum. Haeret inuerſum ita,
a Tab. VII. vt latus poſterius antrorſum et multum inuertatur ſini-
Fig. 2. ΞD. ſtrorſum, quorſum obliquum a dextro deſcendit (a). Ca-
b Ibid. et Tab. III. put prominens retinetur per capſulam ligamentoſam (b)
Fig. 3. et 5. ceruici circumcretam, atque deinde totum femur per
Ξ.
c Tab. V. VI. muſculos circumpoſitos (c). Eſt haec dislocatio capitis
et VII.

oſſis

oſſis femoris extra acetabulum, quae tendit partes molles et cutim in latere dextro abſque ruga, dum in ſiniſtro crenam complicat inflexione ſua.

Femoris os, os Tibae, Patella duplex perfecte in omnibus conueniunt cum iisdem oſſibus in prioris Infantis hiſtoria deſcriptis.

Pars oſſis Femoris ſuperior dimidia gracilior (a): inferior robuſtior et latior (b) eſt. Caputglobolum ſolito minus (c), diſtinctum a corpore ceruicis, intus iam oſſeum, leui cartilagine cruſtatum, politum non inciditur ſulco, quem caeterum paruum, ſed profundum habet ab inferiore parte, nonnihil ſub media ſua conuexitate [A], cui ligamentum teres ex acetabuli margine externo et cauitate eiusdem procedens [B] inſeritur, quod hic deſideratur. Adeſt hic capſula ligamentoſa, iam deſcripta, oſſis femoris caput ambiens, eiusque ceruici circum creta, quae deerat in altera Infante [C]. Caput autem perfecte antrorſum prominet, et abit in ceruicem longiorem et magis naturalem, quam in priore Infante [D]. Cervix a parte poſtica mox eleuatur in trochanterem oſſeum, validum, latum, oblongum (d), cui ab vtroque latere ſegmentum cartilagineum oblongum (e) apponitur, diſtinctum ab altero, vt partem oſſeam intermediam ſulcatam relinquat liberam: ita quidem vt hic duo

a Tab. IV. Fig. 1. 2. A B.
b Ibid. A C.
c Ibid. B.
d Ibid. E.
e Ibid. a. b.

D trochan-

[A] Veſal. de C. H. Fabric. Cap. XXX. Fig. 1. B. Schwenke Haematolog. Tab. II. Fig. 1. B. et 2. p. Albin. Icon Foet. Hum. Fig. 71. c.
[B] Schwenke Ibid. Fig. 2. L M M M. Weitbrech ſyndesmolog. Tab. XVIII. Fig. 56 g. h. i. k.
[C] Hiſtoriae primae Pag. 32.
[D] Ibid. Tab. IV. Fig. 3. 4. D.

trochanteres maiores appareant. Trochanter minor deeſt. Ipſum femur leuiter intortum et incuruum procedit, ſenſim intumeſcens, latius quo magis deſcendit, donec infi-
f Ibid. Fig. 2. C. ma, eaque latiſſima parte externe gibbum (f), interne
g Ibid. Fig. 1. C. concauum (g) et leuiter ſinuatum, tribus lateribus obiter complanatum (h), abit in additamentum cartilagineum
h Ibid. Fig. 1. 2. 3. (i) condylos (k) efformans. Additamentum hoc cartila-
i Ibid. et Fig. 1. F. gineum, vti in recens nato Infante, ab oſſe diſtinctum
k Ibid. G. H. I. K. format a latere vtroque condylum, magnum, rectum, deorſum extra femur exporrectum (l). Figura et magni-
l Ibid. G. H. tudine inter ſe ſimiles ſunt hi condyli, cum caeterum interior maior, magis obliquus et gibbus: exterior minor, magis planus et rectior procedat, poſteriora verſus latior [E]. Condyli
m Ibid. Fig. 3. F. hi a parte poſteriore, plus ſolito diſtant (m), vnde ſinus inter hos medius et ſuperficies inferior ambitu maior [F] eſt. A parte vero anteriore media, vbi caeterum declinatione ad alterum confluendo in ſinum abeunt amplum et patulum, ad quem et ad condylos, in illorum interuallo, patellae pars poſterior gibba, crure extenſo [G], locatur, iam quidem illud idem obtinet. Senſim enim ſinuata ſuperficie deſcendendo vterque condylus vtrin-
n Ibid. Fig. 2. H I. G K. que ſinum format (n), ſed deinde aſſurgit iterum, atque in antica media parte eleuatus eminentiam conuexam, glo-
o Ibid. F I K. boſam, latam (o), efficit. Haec in ſuperiore, media, anteriore parte rotunda, ad inferiorem plana, magis ſenſim obliqua, poſteriora verſus deſcendit, per mediam prominente limbo leuiter diſtincta, inde adaptata hoc loco

[E] Albin. Icon. oſſ. Foet. Hum. Fig. 70. f. f. Fig. 71. h. h. Hum. oſteogeny by Rob. Nesbitt P. L. VI. Fig. 1. b. b.
[F] Confer. Albin. Ibid. Fig. 71. g. i. Nesbitt Ibid. i.
[G] Albin. Ibid. Fig. 70. g.

co ad patellam ſinuatam (p) recipiendam et fulciendam. Inferiore autem eademque anteriore parte condylum format tertium (q) intra duos laterales, his minorem et in anteriora prominentem, quo mediae ſuperiori et anteriori parti tibiae, ad praeternaturalem hunc tertium condylum recipiendum, tertio ſinu excauatae (r), tertio articulo, inſiſtit. Eſt hic medius, condylus externus vterque, interno naturaliter minor, et minus prominens in vnum concretus a latere externo. Hoc poſtea [H] clarius patebit.

p Ibid. Fig. 3. C.
q Ibid. Fig. 2. I K.
r Ibid. Fig. 5. 7. E.

Sub oſſe femoris, eadem ratione inuerſum et naturaliter per ligamenta annexum os Tibiae locatur, leuiter hoc inſuper flectitur verſus poſteriora, quod, reſpectu corporis, eſt verſus anteriora et parum ad latus ſiniſtrum (a), nec directe ſub femore ſe extendi patitur. Huius additamentum cartilagineum ſuperius oſſi contiguum, ablato perioſtio, ſponte deciduum ſeparatur (b), et ſupremo vertice latum, planum, triangularis obiter ſuperficiei, inſculptos habet tres ſinus fere rotundos (c) ad totidem oſſis femoris condylos recipiendos (d). Illorum duo latarales exteriores maiores, inter ſe aequales (e) ſunt; tertius inter hos medius et prior (f), ambitu minor praeternaturalis eſt: confluit hic, vt condyli externi in femore, ex vtroque ſinu in tibia a latere externo. Omnes valde leues, margine leuiter in ambitu elato rotundi, nec multum profundi ſunt. Hinc ſuperficies ſuperior, anterior, media, additamenti huius cartilaginei plus prominet ſolito, atque hoc ſenſim ad latera anguſtatum, deinde oſſi contigu-

a Tab. V. VI. VII.
b Tab. IV. Fig. 5. 6. B.
c Ibid. et Fig. 7. C D E.
d Fig. 7. DH. CG. EI.
e Ibid. et Fig. 5. C D.
f Ibid. E.

[H] In Epilogo.

g. Ibid. Fig. 6. B A. tiguum, illi imponitur (g). Os ſuperne latius, antrorſum in acumen eleuatur, quo magis deſcendit, eo plus contrahitur, et ex contractione ipſa a triangulari figura in teretem gracileſcit (h), donec infima tenuiſſima parte deſinit in apicem rotundulum, paruo additamento cartilagineo infra, globoſo ſupra leviter excauato, illi appoſito (i). Additamentum hoc an malleoli rudimentum, adeoque ad os tibiae pertinet? An pedis rudimentum aliquod defectu mutilatum? Illud, quam hoc, magis veroſimile videtur, quia peculiari nullo ligamento, ſed ſolo perioſtio et muſculorum vltima tenuiſſima tendinea expanſione, cum extremo oſſe firmatur. Secundo: quia ſuperiore parte excauatum perfecte adaptatur convexitati ſpongioſae oſſeae, quae in recenti ſanguinolento-ſuccoſa eſt, vti hoc obtinet in caeteris apophyſibus cartilagineis cum oſſium eminentiis.

h Ibid. et Fig. 5. A.

i Ibid. G.

Fibula nulla, nullus adeſt pes.

Inter additamentum cartilagineum oſſis femoris inferius et tibiae ſuperius, ab anteriore horum parte [quae reſpectu corporis poſterior eſt] locatur Patella, ex duobus planis fruſtulis figura ouali rotundis, vt eſt cuique patellae naturalis (a), ad angulum interiora verſus valde obtuſum (b) concreta. Horum vtrumque fruſtulum patella apparet, figura conſtans, non ita, ac in priori Infante, quadrata [A], extus et intus leuiter gibba, ſupra minus, infra magis, extenuata, tota cartilaginea, ibidem muſculorum tendinibus (c), hic ligamento duplici, vtrimque vno (d), illi inſertis. Superficies interior vtriusque patellae capſulae membranaceae articulum ambienti adnaſcitur (e), atque

a Tab. IV. Fig. 3. 4. A B.

b Ibid. C.

c Tab. V. Fig. 1. 2.

d Ibid. Fig. 2. D. E.

e Tab. IV. Fig. 7. 8. L L.

[A] Tab. IV. Fig. 5. 6. A. B.

atque ſuperiore ſui parte locatur dextra in dextri, ſiniſtra in ſiniſtri ſinus inferiore parte, qui medius vtrinque adeſt: dexter nimirum inter medium et dextrum condylum; ſiniſter vero inter medium et ſiniſtrum condylum, in additamento cartilagineo oſſis femoris inferiori: neque duplicem ſinum tota opplet ſingula patella, negata tibiae ſub femore extenſione in lineam rectam.

Notandum interim eſt: [quod obiter repeto] qui apparet ſinus in femoris additamento cartilagineo dexter (f), eſſe ſiniſtrum, quaeque patella dextra (g), eſſe ſiniſtram, et contra: quod poſtea [B] fuſius explicabitur. Porro et patellae, vbi concreſcunt, id faciunt latere illarum externo, ibidemque ſinum leuem per longitudinem (h) efformant; qui limbo in condylo femoris medio, tertio, eminenti, perfecte adaptatus, ab eodem ſuſtinetur (i).

f Ibid. Fig. 2. I.
g Ibid. Fig. 3. 4. A.
h Ibid. Fig. 3. C.
i Ibid. Fig. 2. F.

Cartilagines ſemilunares, inter oſſis femoris cum tibia articulationem, hoc loco, tres (a) ſunt in ligamentula continuae, augentes articulum ad totidem condylos. Cartilago, quae media (b) adeſt, duabus aliis (c) minor, itidem extenuatur in ligamentulum, quod, cum aliis ligamentis, mediae anteriori parti ſupremae tibiae (d) inſeritur.

a Tab. IV. Fig. 8. cde.
b Ibid. e.
c Ibid. c d.
d Ibid. F

Burſulae, quae inter articulum ſmegma ſuppeditant, latiores ad articuli ambitum extenduntur.

Articulationem oſſis femoris cum oſſe tibiae capſula ambit ligamentoſa, vnica, lata, fortis, nec interrupta ex duabus confluens. Accommodatur haec perfecte ad articulum latiorem oſſis femoris, vbi ad partem inferiorem additamentum cartilagineum illi continuum et contiguum

 eſt.

[B] Vide epilogum

eſt. Tibiae vero parti ſuperiori eadem, per ambitum ſuum inferiorem firmiſſime adnectitur, illi circumaccreta. Ab hac capſula ligamentoſa patella duplex, in ambitu ſuo illi tota et naturaliter annexa, mobilis ſuſtinetur (a).

a Tab. IV. Fig. 7. 8. L. L.

Ita ſunt oſſa vtriusque Infantis in plurimis inter ſe ſimillima; *Huius* nempe, et *Illius*, cuius antea dedi hiſtoriam Anatomicam. Sunt in *Hac*, quam in *Priori*, in multis longe perfectiora. Oſſa pectoris, eorumque cartilagines, ſunt omnia naturalia. In *Illa* vero vtraque coſta prima, truncata quaſi, in extremum tenuiſſimum aculeatum, ſuſtinebatur a tela celluloſa inter muſculos, nec ſternum attingebat [A]. Tertia et quarta coſta, in vtroque latere, vbi oriuntur, inter ſe concretae erant [B]. Sternum vero vtrinque, ſuperiori ſua parte coſtam ſecundam, primae loco, ſuſtinens, a dextro latere ſex modo recipiebat coſtarum cartilagines. Spina dorſi, excepta vnica, quae in coccyge deſideratur, vertebra, eſt perfectiſſima, in *Hac*; vtpote quae habet omnes omnino partes conſtituentes oſſeas et cartilagineas requiſitas. Sola, quae in vltimis lumbis et ſupremo oſſe ſacro eſt culpanda, oritur deformitas ab arcta inflexione, quam patitur huius vertebra prima retro, ſurſum, et parum ſiniſtrorſum; inde eiusdem partes conſtituentes poſteriores, inde et infimae lumborum eaedem, tam oſſeae, quam

[A] Hiſtoriae primae Tab. III. Fig. 1. 2. e. ε. Simile quid habet Albinus Lib. 2. Annotat. Academ. Cap XVII.

[B] Ibid. m n. μ ν. Simile iterum Albinus loco cit. Cap. XIII.

quam cartilagineae, preſſae, compreſſae, et ſub aliis ſuperioribus inſinuatae, adeoque ſeſe extendere impeditae, figuram conſuetam quodammodo amittunt. In *Illa* vero lumbi infimi ab anteriore [C], poſteriore [D], et inferiore [E], parte, plane aberrabant, fruſtulis oſſeis et cartilaginibus mirum in modum deformatis. Deſiderabatur inſuper totum os ſacrum cum coccyge, vel latebat in illis fruſtulis. Quam etenim os ſacrum ſuſpicabar, mediam in ſcuto oſſeo exſurgentem ſpinam, non in *Illa* hoc eſſe, ſed fuiſſe oſſium ilium partem inferiorem intropreſſam et concretam, iam in *Hac* doceor, vbi os ſacrum, praeter illam eandem ſpinam, adeſt integerrimum et perfectum, cuius et partes laterales, vti in foetu ſolent eſſe cartilagineae, completae, ſed a receptione intra lunulam ſcuti oſſei, et a tractione ligamentorum nectentium, multum complicatae, adſunt.

Porro oſſa coxarum reliqua, quae peluim conſtituunt, in genere inter ſe ſunt valde ſimilia, in vtraque Infante, ſua deformatione. Obſeruantur tamen quaedam, eaeque valde notabiles, differentiae. Etenim 1mo in *Illa* ſcutum oſſeum in ſuprema parte integrum [F], cingitur limbo cartilagineo [G] integro, ibidem eminente in nodulum [H], qui articulationem ſuppeditat cum fruſtulo cartilagineo illo ſiniſtro, quod ſpinae canalem extremum, eo

[C] Hiſtor. primae Tab. III. Fig. 4. [D] Ibid. Fig. 5. [E] Ibid. Fig. 7. [F] Ibid. Tab. IV. Fig. 1. 2. A A. [G] Ibid. CCBBDH. [H] Ibid. Fig. 1. GFE.

eo in latere, obturat [I]. In *Hac* vero ſcutum in ſuprema parte notabile exſcinditur (a), et vnumquodque os ilium limbus cartilagineus (b) cingit, ſupra (c) et infra (d) terminatus. II^do^ In *Illa* ſpina, in ſcuto oſſeo media, exſurgit capite globoſo leui cartilagine cruſtato [L], atque inde, ſenſim latior, multum deſcendit [M]: dum altera eminentia in limbo eſt. In *Hac* vero eadem exſurgit lata, plana, quadrata (e); et habet, vbi oritur, ad latera vtrinque eminentiam aſperam, oualem, cartilagine leui cruſtatam (f), ipſa minus decliuis. III^tio^ Nodulus cartilagineus, ſpinae oſſeae ad anteriora circumcretus et continuus, eſt in *Illa*, in latere anteriore, multum exſciſſus [N], et abit in duos ſemicanales, peluis fundum conſtituentes [O], qui terminantur in duo foramina rotunda. In *Hac* vero latus anterius eiusdem noduli cartilaginei prominet globoſum et terminatur (g): inde cauitas peluis aperta (h) eſt. IV^to^. Oſſa lateribus huius noduli [P] continua, in *Illa* lata et craſſa [Q], anterius inflexa concreſcunt extremitate [R], atque velantur a reflexa extremitate [S] cartilaginis inferioris [T]. In *Hac* eadem manent diſtincta (i), ambitum cavitatis peluis a latere deſcribunt, et in cartilaginem anteriorem (k) continuantur. V^to^ Cartilago anterior, in *Illa* reflexa ab inferiore [U] ſupra oſſa pubis

a Tab. III. Fig. 3. 6. F.
b Ibid. B. B.
c Ibid. D. E.
d Ibid. C. C.
e Ibid. Fig. 3. G. H.
f Ibid. G. H.
g Ibid. I.
h Ibid. R.
i Ibid. N. N.
k Ibid. P. O. O.

[I] Ibid. Tab. III. Fig. 7. r. s. t. [L] Ibid. Tab. IV. Fig. 1. I. [M] Ibid. K. [N] Ibid. R. [O] Ibid. r r. [P] Ibid. M M. [Q] Ibid. N N. [R] Ibid. S. [S] Ibid. O O. [T] Ibid. Fig. 2. N O N O. [U] Ibid. O O.

pubis [P], habet vltimum ſuum apicem [Q], reflexum iterum ad inferiora et iis applicatum [R]. In *Hac* vero idem apex deorſum et parum introrſum (l) procedit. Eſt tamen idem in vtraque, a quo plurimi femoris muſculi ortum capiunt, quique in parte infima media trunci [S] prominet. VI^to^. Apertura peluis in *Hac* (m), quam in *Illa* [T], amplior, latior, et aperta eſt. VII^mo^ A parte inferiore, ſpina oſſea ex medio ſcuto oſſeo infimo latior et rectior in *Hac* (n), quam in *Illa* [U], procedit. VIII^vo^ In *Hac* coxae acetabulum (o) amplius, quam in *Illa* [V] eſt; atque cingitur membrana ligamentoſa capſulam formante, pro retinendo oſſis femoris capite, in *Illa* deſiderata: habetque glandulae muciparae, in priori abſentis, exemplar (p). In extremitate inferiore vnica ſed concreta ex duplici, in vtraque Infante, vix aliqua eſt notabilis differentia. In oſſe femoris parte ſuprema ceruix capitis longior et magis naturalis eſt in *Hac* (q), quam eadem erat in *Illa* Infante [X]; et abit in trochanterem in duos diſtinctum (r). Praeterea patella concreta in *Hac*, dextra nempe et ſiniſtra, ſingula eſt plus naturalis et rotunda (s), quam in *Illa* [Y] eadem quadrata obſeruatur. Sulcis porro et eminentiis perbelle conueniunt inter ſe ambo oſſa femoris concreta, et oſſa tibiae huius nimirum et prioris Infantis.

l Ibid. Q.
m Ibid. R.
n Ibid. Fig. 4. a a. K.
o Ibid. S.
p Ibid. Fig. 5. Γ. Δ. Ξ.
q Tab. IV Fig. 1. 2. D.
r Ibid. E. a b.
s Ibid. Fig. 3. 4. 7. 8. A. B.

E Ante-

[P] Ibid. N N S. [Q] Ibid. Q. [R] Ibid. Q O O. [S] Tab. VIII. Q.
[T] Tab. IV. Fig. 1. R r r. [U] Ibid. Fig. 2. K.
[V] Ibid. S. a b a b. [X] Ibid. Tab. IV. Fig. 3. 4. D.
[Y] Ibid. Fig. 5. 6. A B.

Antequam ad muſculorum Hiſtoriam progredior, indicare debeo [forſitan hac repetione moleſtus] quod femoris et tibiae os duplex et ambae patellae ſint concreta ex duobus, omnia et ſingula, a latere illorum, inverſa, externo; atque hoc quod factum ſit, a rotatione ſemoris et tibiae dextri, primo extrorſum ſeu dextrorſum, et deinde ad poſteriora; ſemoris vero ſiniſtri cum tibia inuerſione itidem extrorſum ſeu ſiniſtrorſum, deinde ad poſteriora. Inde neceſſario euenit, quod femur, tibia, atque patella vnius lateris alteri, ad partem trunci corporis poſticam, obuiam fuerit latere quodque ſuo externo et ita in vnum concreuerint. Inde eſt, quod conuerſa et inuerſa haereant, ratione corporis, ſemora et crura concreta. Eſt ergo condylus in additamento cartilagineo medius, tertius, vnus, concretus ex duobus condylis externis vtriusque ſemoris, vno (a) in ſingulis. Eſt ſinus medius in ſuprema parte tibiae cartilaginea vnus, ex dextro et ſiniſtro externo in vnaquaque tibia conflatus (b). Et adhaeret patella vna cum altera concreta, per latus externum. Et latus, quod in oſſe ſemoris et tibiae vnico, ſed ex duplici concreto, dextrum apparet, eſt ſemoris ſiniſtri et tibiae ſiniſtrae latus internum: et latus ſiniſtrum illorum apparens, dextrum eſt et internum. Vnde reuera, tecto latere oſſis ſemoris dextro interno [quod ſiniſtrum apparet] cum condylo eodem (c), habetur os ſemoris ſiniſtrum (d) et contra. Altero examine affirmo pro certis, quae ſuſpicatus in priore hiſtoria incerta poſui [A]. Iam hoc monuiſſe obiter ſufficiet, agam de his infra [B] prolixius.

a Ibid. Fig. 1. 2. I. K.

b Ibid. Fig. 5. E.

c Ibid. Fig. 2. d e f K.

d Ibid. B D A C F H I.

CAPVT

[A] Ibid. Pag. 81. et ſeq. [B] In Epilogo.

CAPVT QVARTVM.

IN PARTIBVS DEFORMATIS HISTORIAM MVSCVLORVM ENARRANS.

Muſculorum, ad partes deformatas, exhibiturus hiſtoriam, a latere corporis poſteriore, quod femoris et cruris lateri anteriori reſpondet, iterum incipio. Erit in trunco corporis inferiore horum doctrina facilior, quia muſculi, ſicuti partes oſſeae magis integrae obſeruantur, itidem ſunt perfectiores. Omnes etenim, qui ſpinae dorſi apponuntur, ſunt muſculi rite conformati: ſed cum eadem, ad infimam partem reclinata, reflectuntur ad angulum valde acutum; caeterum figura ſua conſtant ſolito parum anguſtiores a concretis oſſibus ilium. Nihil ergo in his culpandum, niſi memorata plica in parte inferiore: cum in altera Infante, ob truncatas et deformatas vltimae ſpinae dorſi partes, harum ſecuti informitatem, truncabantur ipſi informes. Hoc in deſcriptione Latiſſimi dorſi, Serrati poſtici inferioris, Sacro-lumbalis, Longiſſimi dorſi, Multifidi ſpinae, Intertranſuerſariorum et Interſpinalium lumborum, annotatur in prioris Hiſtoriae quarto capite. Hoc ſemel monuiſſe ſatis eſt.

In *Latiſſimo Dorſi*, propter defectum altitudinis et latitudinis baſios trunci corporis, atque ob partium pelvim conſtituentium declinationem et intorſionem verſus poſteriora et inferiora, pars tendinea iterum plus tenditur et magis ad ſpinam contrahitur; inde ſolito gracilior eſt, idque in latere vtroque. Ortus eius interim, in parte infima, eſt naturalis a vertebris oſſis ſacri, a proceſſibus

eiusdem obliquis, qui ſunt a latere hiatus, in quem ſpinae canalis exit (a). Eſt altior idem naturalis in vtroque tendine, iuxta ſpinam (b), a vertebris lumborum omnium et ſeptem inferioribus dorſi. Eſt lateris externi, in vtriusque muſculi tendine, ortus a margine ſuperiore, et in hoc ab ambitu laterali exteriore limbi cartilaginei, qui criſtam oſſis ilium conſtituit, vti eſſe ſolet (c). Cum autem os ilium vtrumque a latere ſuo reflexum, concreſcit ad poſteriora in ſcutum planum, latitudo et altitudo multum in vtroque latere minuitur, et hanc diminutionem tendinea muſculi expanſio ſequitur: hinc multum contracta graciléſcit ratione, qua os ilium, cum eius inſertione, retro ad ſpinam, et infra eandem, detruditur. Vbi terminatur in criſta oſſis ilium haec aponeuroſis, ibidem tertio latere (d) verſus carnem muſculi (e) adſcendit oblique extrorſum, tegens partem poſticam aponeuroſeos muſculi obliqui abdominis externi itidem multum extenſae (f), ob rationem eandem, quacum firmiſſime concreſcit. Vbi adſcendens carnem muſculi attingit, et in hanc tranſit, ibidem quarto latere (g) ſurſum, oblique introrſum, id eſt ſpinam verſus, ſed quam caeterum ſolet, magis recta procedit: dum vero procedit, ſenſim contrahitur, et contractiſſima eſt, vbi ſe ſub cucullari muſculo abſcondit. Eſt itaque haec tendinea expanſio, cum latere ſupremo, tecto a cucullari, figurae quadrilaterae irregularis. Omnium autem eſt hic maximum latus, quo a ſpinis vertebrarum dorſi lumborum (h), oſſis ſacri, et proceſſibus eiusdem obliquis iuxta hiatum canalis (i) oritur. Breuius eſt latus externum, quo iuxta muſculi altitudinem in carnem abit (k). Tertium iterum

breuius

a Tab. V. Fig. 2. S. e. ε.
b Ibid et Fig. 1. d e. δ ε.
c Ibid. f. ζ.
d Ibid f g. ζ η.
e Ibid. c. γ.
f Ibid. l. λ.
g Ibid. g h. η θ.
h Ibid. d. e. δ ε
i Ibid. Fig. 2. S.
k Ibid. et Fig. 1. g h. η θ.

breuius eſt latus, quo a criſta oſſis ilium ortus, ad carnem adſcendit (l). Breuiſſimum eſt, quod ſub cucullari abſconditur, ſupremum. In his differt expanſio tendinea vtriusque Latiſſimi dorſi muſculi, in hac Infante, ab illa, quae in altera deſcripta habetur. Hoc facilius percipitur, notata altitudine criſtae cartilagineae continuae, ambientis ſcutum oſſeum integrum, cum defectu totius oſſis ſacri et coccygis, in priore Infante; vnde muſculus ea longitudine priuatur, quam os ſacrum totum illi, inde orienti, praebet. Caro huius muſculi, tendini deſcripto continua (m), vix aliquid praeternaturale habet, niſi quod pars inferior paululum extendatur; hinc ſolito parum longior, fibris magis rectis, expanditur. Ortus internus a coſtis, decurſus, inſertio muſculi, ſunt caeterum naturales.

l Ibid. f. g. ς η.

m Ibid. c. γ.

Reliquos, qui in dorſo, lumbis, et oſſe ſacro, locantur, examinaui muſculos; inueni omnes bene formatos, paſſos ſolum reclinationem cum prima oſſis ſacri vertebra, et anguſtationem defectu prominentis oſſis ilium a poſteriore extra conglutinationem cum oſſe ſacro [A]. In his deſcribendis vt detinear, ergo non opus eſt.

In muſculis, qui abdomen ambiunt, notanda eſt in genere extenſio iſta validiſſima, quam patiuntur inprimis in parte ſua tendinea infima (a). Eſt haec perfecte eadem, qualis in prima Infante obtinuit, et oritur a cauſa ſimillima, quae nempe eſt dislocatio a latere ad poſteriora et inferiora partium, quae peluis ambitum oſſeae et cartilagineae conſtituunt. Inde et hic fit, quod abdomen infra molle, multum promineat in ambitu, inprimis in latere dextro; quodque muſculi obliqui abdominis vtriusque externi caro anterior recta magis (b),

a Tab. V. Fig. 1. 2. l. λ. Tab. VI. Fig. 1. gh. η θ.

b Tab. VI. Fig. 1. a c. α γ.

[A] Veſalius L. C. Cap XXIX. Fig. 3. I I Q. Albinus oſſium Human. Tab. XXIII. Fig. 3. 4. s.

quam ſolet, in aponeuroſin abiens, leniter, vbi ad poſteriora expanditur, torqueatur. Caeterum: omnium muſculorum horum ortus, expanſio, inſertio, ita cum prioribus conuenit, vt de nouo deſcribere, opus foret repetitione moleſtum.

Per aponeuroſin muſculi *Obliqui abdominis Externi* (a) vtriusque, in latere corporis priore, transparet naturaliter pars anterior muſculi *Obliqui* eiusdem *Interni* (b), muſculus *Rectus* (c) cum inſcriptionibus tendineis (d) et vtrinque *Pyramidalis* (e), qui a prominentia cartilaginis anterioris ſuperiore, quae ſynchondroſin oſſium pubis mentitur (f), ortus, naturaliter ſenſim contractus, iuxta lineam albam adſcendit, atque eidem, ſummo ſuo apice, inſeritur (g) ad altitudinem mediam, ortum ſuum (h) inter et vmbilicum (i). Hi deſiderabantur in priori Infante.

a Ibid. b. β.
b Ibid. f. ζ.
c Ibid. k k. κ κ.
d Ibid. F F.
e Ibid. l. λ. d.
f Ibid. et Tab. III. Fig. 3. Q.
g Tab. VI. Fig. 1. d.
h Ibid. l. λ.
i Ibid. E.

Muſculi, qui ad lumbos internos locantur, ſunt itidem in hac Infante, quam in priore, magis perfecti.

Quadrati Lumborum non hic inuertuntur: ſed oritur ſuo in latere vterque principio lato, a margine ſuperiore, interiore, criſtae (a) oſſis ilium, ad dimidiam circiter latitudinis eius partem, qua extra lunulam exſciſſam ad latus eminet: deinde, principio multum extenſo, procedit a ligamento, quod ab imae vertebrae lumborum proceſſu transuerſo ad os ilium pertinet, et hic loci multum deorſum et introrſum trahitur. Inde adſcendens, ſenſim contrahitur, atque ſuprema ſua parte contracta inſeritur extenuatus margini inferiori coſtae duodecimae (b), et ſimul portiones, in quas abit, dat lateraliter proceſſibus transuerſis vertebrarum lumborum.

a Tab. VII. Fig. 1. et 2. g. η.
b Ibid. Fig. 1. h. θ.

Pſoas

Pſoas magnus vterque ortu ſuo et progreſſu eſt figurae, qualis in optimis corporibus naturalis eſſe ſolet (a). Primo etenim capite, a latere corporis vertebrae dorſi infimae (b), vtrinque, oritur. Secundo a ligamento inter hanc et primam lumborum vertebram medio (c), deinde ab ipſius vertebrae lumborum ſupremae corporis latere (d) procedit. Reliquis tribus capitibus, partim a vertebrarum inferiorum corporibus, partim a ligamentis inter illa interiectis, exſurgit (e). A parte vero poſteriore, totidem capitibus procedit a proceſſibus transuerſis, ac vnquam diſtinctiſſimus, vertebrarum lumborum. Confluunt, vbi parum proceſſerunt, haec capita, et muſculum romboideum naturalem (f) conſtituunt, qui iuxta lumbos, ante latus internum muſculi quadrati, deinde ad latus ſpinae oſſeae ex medio ſcuto interno exporrectae (g), antequam haec in cartilaginem (h) abit, parte ſua interna deſcendit. Parte vero ſua externa, procedit iuxta iliacum internum (i), cuius deinde tendini (k), ipſe in tendinem (l) abeuns, ita ſeſe adiungit, vt in vnum communem teretem et parum complanatum (m) confluant; qui ſe inſerit, vterque ſuo in latere, colli oſſis femoris parti laterali (n), mox ſub accretione capſulae ligamentoſae (o), quae caput eiusdem ambit, hanc inter et initium tenue carnoſum muſculi vaſti externi, quo ex ambitu anteriore oſſis femoris, infra trochanteres duos maiores (q), hoc loco procedit. Inde fit, quod tendo pſoae ſiniſtri longior ſit, et gracilior magis extendatur, quam dexter: dum ambit, per tenue tegmen celluloſum adhaeret capſae, quae caput oſſis femoris retinet, per iſtam totam expanſionem, qua illud extra acetabuli

a Tab. VII. Fig. 1. a b c. α β γ. 1. 2. 3. 4. 5.
b. Ibid. a. a.
c Ibid. 1. 1.
d Ibid. 2. 2.
e Ibid. 3. 4. 5.
f Ibid. et Fig. 2. a b c α β γ.
g Ibid. Fig. 2. K.
h Ibid. M.
i Ibid. et Fig. 1. i k. ι κ.
k Ibid. l.
l Ibid. c d.
m Ibid. e.
n Ibid. D.
o Ibid. Ξ.
q Ibid. a b.

acetabuli receſſum ſiniſtrum dislocatur. Tendo vero dexter Pſoae et Iliaci interni primo diſtinctus, deinde ex iisdem concretus communis, eadem ratione ambit et adhaeret capſae eidem a parte dextra et ſuperiore, qua extra acetabulum prominet. Dum autem capſam ambit et adhaeret vterque tendo, ſimul eandem firmat et tendit.

Iliacus internus vterque lato principio oritur ex tota ſuperficie interna oſſis ilium, qua hoc extra coniunctionem cum oſſis ſacri vertebra prima, a latere lunulae ſuperioris exſciſſae, et a latere ſpinae ex medio ſcuto oſſeo exſurgentis, prominet. Procedit quippe a toto margine ſuperiore et laterali interiore, ad infimum vſque apicem, quo terminatur, limbi cartilaginei, qui os ilium ambiens criſtam eiusdem efficit: ſecundo ex tota cauitate ipſius oſſis, qua prominet: tertio ab iſto margine, qua os ilium infra anterius terminatur (a). Ex amplo tali ortu, primo tenuis, mox intumeſcens, fibris ab omni parte coëuntibus rotundior anguſtatur, quo magis deſcendit; ſed ſimul craſſior factus atque deinde extra partem infimam oſſis ilium exporrectus, eandem deſerit (b). Vbi deſerit oſſis ilium partem infimam, ſtatim multum contrahitur, et iuxta ſpinam oſſeam, quae ex ſcuto medio deorſum ſimul et antrorſum procedit (c), cum Pſoa (d) dilabitur, donec mutatus in tendinem (e), coniungitur cum tendine illius (f), partem externam communis (g) conſtituens, cuius iam deſcripta eſt inſertio ceruici oſſis femoris in hiſtoria Pſoae.

a Tab. VII. Fig. 1. et 2. i i.
b Ibid. et Fig. 2. k. l.
c Ibid. K.
d Ibid. c. d.
e Ibid. l.
f Ibid. d.
g Ibid. e.

Pſoas paruus vterque in hac, vt in priore Infante, et in optimis quandoque corporibus, deſideratur.

In

In poſteriore trunco corporis inferioris, vbi os ſacrum reflexum parte ſua anteriore adſcendit et infra retinetur intra lunulam in oſſibus ilium concretis exciſſam per ligamenta nectentia, ibidem inter partes huius laterales cartilagineas ponitur muſculus oblongus, latus, craſſus, qui partem anteriorem, hic exteriorem, totam oſſis ſacri et coccygis (a) tegit.

a Tab V. Fig. 1. a b b c. compara Tab. III Fig. 2. E Ξ F Π G.

Oritur memoratus mox *muſculus* principio tenui, tendineo, lato, a toto ambitu externo ſupremo lunulae exſciſſae ſcuti oſſium ilium concreti (b): inde principium eius rotundulum et expanſum eſt. Vertitur deinde in carnem fibris rectis adſcendentibus, quod reſpectu oſſis ſacri eſt, deſcendentibus: craſſeſcit in medio et leuiter tumeſcit, ibidemque eſt longiſſimus, ad latera vero contrahitur tenuior. Sunt etenim fibrae laterales exteriores, minimae et pauciores; fiunt, quae magis interiores, ſenſim longiores et plures, atque ſucceſſiue inſeruntur vel potius extremis ſuis valde extenuatis et tendineis accreſcunt, interiori lateri partium cartilaginearum oſſis ſacri lateralium, prout hae adſcendunt (c). Sunt ergo huius muſculi fibrae mediae longiſſimae atque rectiſſimae, quae terminantur ad finem coccygis, et collectae in extremum rotundulum convexum, illi circumcreſcunt (d). Trahendo hunc muſculum motum nullum in partibus detexi, quam leuiſſimam coccygis inclinationem introrſum ſiue ad anteriora, neque partes laterales oſſis ſacri cartilagineae firmiſſime complicatae, vllo modo afficiebantur, etiam poſtquam has partes, a conſeruatione in liquore ſpirituoſo multum induratas, diu et prudenter maceraſſem. In auferendo hoc

b Ibid. a et Tab. III. Fig. 6. E.

c Ibid. b b.

d Ibid. c.

muſculo vidi, fibras eiusdem inferiores multum oſſi ſacro interno adhaerere.

Quisnam ſit deſcripti muſculi ſingularis, vel plurium in vnum concreta aut truncata, facies, nec ſcio, nec coniectura poſſe aſſequi, candide fateor. Si conſidero partem interiorem oſſis ſacri in bene formato corpore, nullos in illa reperio locatos muſculos. Si reſpicio ad partem ſupremam lateralem et mediam oſſium ilium, quae hic concreta in lunulam excauatur, ibidem muſculos non video, niſi qui ad coxas pertinent, vt ſunt glutaei, vel in ſuprema eiusdem criſta, pars inde oriens latiſſimi dorſi et obliqui externi abdominis. Ad nullos horum pertinet. A parte laterali oſſis ſacri et coccygis, atque a tubere iſchii interno, ſit hiatus, in quo locantur transverſi perinaei inferiores, ſuperiores deinde, qui transverſi alteri dicti, Santorino delineantur diſtincti in viro et foemina: ſupra hos leuatores ani, altius iterum coccygei. A latere vero oſſis ſacri ponitur vtrinque pyriformis. Ergone dum, conuerſo ad exteriora, deinde ad alterum accedente, et cum eodem in planum ad poſteriora concreto, vtroque oſſe ilium, os ſacrum primo eleuatur, deinde inuertitur, tandem reflectitur, et ſimul eiusdem partes laterales trahuntur introrſum et deorſum, muſculi memorati, vel quidam horum, ita concreuerunt in vnum, ſine concretionis vlla nota, vti ſit in femoris vaſtis externis, cum deletione aliorum non concretorum? Nihil in hiſce vel minima coniectura definio. Muſculum fuiſſe vnicum integrum, vti in figura delineatur, affirmo: neque alius, quam rectus fibrarum decurſus fuit notandus, tam ab inferiore, quam a ſuperiore eius latere.

Sub

Sub hoc in parte poſteriore ſcuti, ex oſſibus ilium concretis concaui, tres locantur muſculi notabiles, quorum duo *Exteriores* inter ſe ſimiles (a) tertium *Internum* (b) a latere tegunt. a Ibid. d. e. f. b Ibid. g.

Qui ſunt *Exteriores*, ſuo locantur quoque in latere externo ſcuti, ſupra diſtinctiſſimi, infra vero fibris continuis confluunt. A ſuperiore parte verſus inferiora procedunt fibris incuruis, ad exteriora arcuatis, maxime in medio.

Ortus horum eſt tendineus iuxta lunulam ſuperiorem (a), deinde magis carneus a latere interno criſtae oſſis ilium cartilagineae (b), fiunt hae fibrae ſenſim minores, prout ſucceſſiue ſub aliis oriuntur magis exteriores. Vbi ſupra oriuntur ad lunulam fibrae, multum diſtant: vbi deſcendunt et extrorſum incuruantur, propius ad ſe inuicem accedunt, contractiſſimae infra, vbi cum oppoſitis confluunt, et ibidem ſunt numeroſiſſimae ab aucto ortu ſucceſſiuo (c). Fit autem ab hac incuruatione fibrarum ad ſcuti figuram, vt muſculi hi, a ſe inuicem diſtantes, forment hiatum maximum in medio, ſupra et infra conniuentem, adeoque oualem. Eſt per hunc hiatum, quod muſculus internus transparet, tectus ab exterioribus ad latera (d). Vbi fibrae ſupra ad lunulam oriuntur tendineae confluentes, quae ſunt externae cum ortu tendineo muſculi, in oſſe ſacro deſcripti, efficiunt aponeuroſin ligamentoſam validam, ſupra perioſtium, eidemque accretam, et tenſam (e). Hoc, ita formatum ligamentum, os ſacrum cum lunula, eiusque partes cartilagineas laterales cum criſta cartilaginea oſſis ilium, firmisſime connectit (f). Pars vtriusque muſculi inferior firmiter etiam adhaeret ad latus vtriusque criſtae cartilagineae, quo haec infra terminatur. Vbi vero fibrae confluunt,

a Tab. V. Fig. 1. d. b Ibid. e. c Ibid. f. d Ibid. g. e Ibid. d a d. f Ibid. b d e.

 in

in media parte inferioris ſcuti, ab eadem ibidem liberae tenduntur, et ſub ſe ſinunt tranſire muſculi interni partem inferiorem contractam, a ſcuto ad os femoris (g). Suntne Glutaei vtriusque magni mutilati rudera? Vſum nullum, aut actionem deprehendo, extra ſcutum non exporriguntur: ideo truncatos ſuſpicor. An habendi pro vno muſculo, quia inferiori parte confluunt? Nonne potius duo ſunt concreti, vt oſſa concreſcunt?

g Ibid. Fig. 2. i k.

Sub dictis Exterioribus in cauo ſcuti oſſei locatur muſculus vnicus, ad eius figuram adaptatus, latus, ſed tenuis, *Internus* (a). Hic fibris tenuiſſimis tendineis, mox in carnem verſis, oritur ex toto ambitu lunulae ſuperioris, ſub ortu exteriorum (b): deinde ad latera, a margine limbi cartilaginei interno, itidem ſub ortu exteriorum, fibris carneis ſucceſſiue brevioribus, prout ſenſim infra alias oriuntur (c): tertio ex tota ſuperficie interna oſſis iuxta limbum huius catilaginei ſuperficie...

a Ibid. Fig. 2. g g h h i k.

b Ibid g g.

c Ibid. h h.

neum. Eſt ergo ortus huius muſculi ampliſſimus, fibris radiatim diſperſis et diſtantibus: hae, vbi deſcendunt, contrahuntur et concurrunt omnes, quae deorſum tendunt, in faſciculum arctiorem collectae, qui ad lunulam ſcuti oſſei inferiorem inflectitur circa eiusdem marginem, ibidemque contractiſſimus (d) ab eodem introrſum deſcendit oblique, atque partem capſulae membranaceae, quae ex acetabulo prouenit, et os femoris retinet, priorem ambit, illi adhaerens: abit deinde in tendinem tenuem latum, qui inſeritur ambitui anteriori oſſis femoris toti, mox ſub eiusdem capitulo cartilagineo (e). Vbi muſculus hic, contractus adeo, flectitur circa lunulam inferiorem ſcuti oſſei, eiusdem margini acuto multum accretus adhaeret. Vbi in cauo ſcuto poſtico ponitur ampliſſimus, illi

d Ibid. i.

e Ibid. k.

illi immobilis accreſcit. Vbi inde decedit, et circa capſu-lam flexus ad femur procedit, eſt liberrimus. Ibidemque tractus, mouet femur, quod, reſpectu illius, eleuat. Eſtne concretus in vnum ex Glutaeis mediis, vel minoribus, vel omnibus ſimul?

Ablatis his muſculis omnibus, ſcutum oſſeum apparet limbo cartilagineo cinctum et perioſtio partes iungente ſuccinctum.

Iam, priusquam muſculorum, qui in femore locantur, trado hiſtoriam, obiter repetendo, in memoriam reuoco concretionem oſſium coxarum ad poſteriora et inferiora, et oſſis femoris vnius apparentis veram duplicaturam dextri nempe et ſiniſtri, per ſuum latus externum conuerſi, alteri obuii, et cum eodem coaliti. Ad hanc oſſium concretionem muſculi reuera locantur, ſuo quoque in femore, et concreſcunt in vnum, qui lateri externo appoſiti, ab huius conglutinatione alterum attingunt et ſine nota coalitus confluunt. Idem obtinuit etiam in priori Infante, vti ſuſpicatus ibidem [A] fui.

Reſpondet ergo dextrum latus femoris dextro lateri trunci corporis: et eſt, quem ſiniſtrum putabam in priore Infante, muſculus in ſuo latere dexter.

In parte anteriore femoris inuerſi ad latus poſterius corporis locantur *Rectus cruris* dexter (a) et ſiniſter (b). *Vaſtus internus* diſtinctus dexter (c) et ſiniſter (d), deinde *Vaſtus externus*, medius inter reliquos, ex duobus in vnum concretus (e), vti oſſa femorum. Teguntur poſteriores a prioribus ad latus. A parte ſuperiore laterali anteriore dextro in-

a Tab. V. γ δ ε.
b Ibid c d e.
c Ibid. θ κ.
d Ibid. h i.
e Ibid. l m n.

[A] Pag. 81 et ſeq.

f Ibid. a b. initium *Sartorii* (f) eſt, deinde per latus femoris internum inflexi ad poſteriora.

Primum ſtratum efficiunt *Recti cruris*, qui vterque ſuo in latere oritur ab iſto tuberculo cartilagineo, quod a latere poſteriore acetabuli illi contiguum, parum prominet (a), vbi cartilago haec extremo ſpinae offeae inferiori circumponitur; deinde a parte laterali, externo huic tuberculo proxima, ambitus acetabuli in latere vtroque (b). Principium ergo hoc latum eſt, ſed ſimul tenue et tendineum, et procedit inde naturaliter antrorſum, tam reſpectu concreti acetabuli ad poſteriora reflexi, quam ſui cuiusque femoris: abit deinde in carnem, et per totam longitudinem mediam oſſis femoris ſuo in latere muſculus locatur. Diſtant a ſe inuicem hi muſculi, in initio non modo, ſed et in decurſu et fine, per totum femur (a), et finunt in diſtantia transparere partem mediam muſculi robuſtiſſimi, qui eſt concretus Vaſtus externus vterque (b), quem a latere interno tegunt, vti ſuo latere interno tegunt partem lateralem externam (c) Vaſti interni. [In priore Infante ad tertiam circiter longitudinis partem iuncti [A] procedebant.] Eſt dexter (d) ſiniſtro (e) longior ab iſta inclinatione, qua femur concretum a dextris ſiniſtrorſum diſponitur. Sunt ambo in initio plani, in medio ventre turgent, magis inde deſcendentes iterum contrahuntur et rotundiores fiunt, atque tandem abeunt in tendinem (f) citius ab inferiore, quam a ſuperiore parte, qui prius planior, mox teres fit, et paulo poſt iterum explicatur radiatim, atque extenuatus latior inſeritur dexter (e) dextrae

a Tab. III. Fig. 4. 1. 1.
b Ibid. 2. 2.
a Tab. V. Fig. 1. c d e. γ δ ε.
b Ibid. l m n.
c Ibid. h i. θ κ.
d Ibid. γ δ ε.
e Ibid. c d e.
f Ibid. d. ς.
e Ibid. ε.

[A] Tab. V. d. δ.

trae (f), ſiniſter (g) ſiniſtrae patellae (h) parti ſuperiori, anteriori, mediae, iunctus a latere externo cum tendine vaſti externi (i), a latere interno, cum tendine interni (k). Vbi autem patellae affigitur, ibidem ab exteriore ſeu ſuperiore parte fibrillas tendineas demittit, quae ſubtiles expanſae, cum mox memorandis muſculorum datis fibrillis tendineis tenuem aponeuroſin efficiunt, patellae ſupertenſam, atque eiusdem ligamento duplici ex tibia prouenienti (l) adnaſcuntur. Fibrae in exteriore parte huius muſculi, vti ſemper, ex media longitudine vtrinque oblique deſcendunt.

Sub rectis crurum ablatis, tres validi in concreto femore anteriore, apparent muſculi nudi: et duo in parte ſuperiore laterali ex pelui ad femur tendunt ab his partim tecti (a). Horum in femore medius, craſſus, validus, tumens, parte ſuperiore contractior, quo plus deſcendit, eo magis lateſcit et craſſeſcit, in medio craſſiſſimus et latiſſimus, infra iterum contrahitur: decurrit autem in media femoris parte per totam huius longitudinem, qua duplex hoc externo latere agglutinatum (b) eminet. Eſt *Vaſtus Externus* vterque, vti oſſa femoris, et cum iisdem, rotatus ad poſteriora, et latere externo alteri obuius per hoc cum ſocio ſuo concretus. Eſt itaque [vt mox monui] latus internum, quod in vtroque, a recto cruris tegitur; et quidem dextrum eſt latus, quod ſiniſtrum apparet muſculi concreti, in parte femoris anteriore.

A latere mox memorati muſculi interno, vtrimque muſculus locatur validus, leuiter a priore tectus, gracilior a parte ſuperiore, dum ad crus deſcendit, ſenſim intumeſcens

f Ibid. B.
g Ibid. c.
h Ibid. A.
i Ibid. m n.
k Ibid. i. i i. κ. κ κ.
l Ibid. Fig. 2. D E.
a Ibid. compara Fig. 1. et 2.
b Tab. IV. Fig. 2. A C. d e f b c.

ſcens, et femur vtrumque ſuo in latere interno ample-
a Tab. V. ctens. Eſt *Vaſtus internus* dexter (a) et ſiniſter (b).
Fig. 1. 2. θ κ. Qui vero a peluis inferiore et anteriore parte obli-
b Ibid. h i. que ad femur internum deſcendunt, ſenſim contracti, ſunt
c Ibid. Fig. 2. s. s. *Adductores longi femoris* (c), vti ex ortu et inſertione
poſtea patebit, aeque quam ex inuerſione oſſium, quae
peluim conſtituunt, et ex femorum concretione. Teguntur
d Ibid. l h. θ. parte inferiore anteriore a vaſtis externis et internis (d)
e Ibid. Fig. 1. c. γ. ſuperiore eadem a recto cruris (e), et dexter ibidem a
f Ibid. a. b. latere per ſartorium (f). Eſt ſiniſter dextro maior et
magis extenſus, ob femur declinans.

Vaſtus Externus, concretus ex duplici in vnum, ortu
quodammodo duplex manet. Procedit quippe tendineus pri-
a Tab. IV. mo dexter a dextri (a), ſiniſter a ſiniſtri (b) trochanteris parte
Fig. 1. b. anteriore exteriore, qua radix alteram reſpicit ſulco interme-
b Ibid. a. c Ibid. E. dio (c) diſtincta. Secundo principio communi ab ambitu toto,
qui eſt inter duos trochanteres antrorſum infra caput oſſis fe-
d Tab. IV. moris vnicum (d), iuxta accretionem capſulae ligamentoſae
Fig. 2. D. illud retinentis, et plus a latere infra inſertionem tendi-
e Tab. VII. nis vtriusque pſoae et iliaci interni communis (e), atque a
Fig 2. e. priore iuxta inſertionem tendinis lati muſculi illius, qui
ex ſcuto oſſeo proueniens, ceruici ſupremae inſeritur (f).
f Tab. V. Fig. 2. k. Tertio oritur ſiniſter a tota iſta ſpina, quae infra cerui-
cem ſiniſtram, ad dimidiam longitudinem oſſis femoris
g Tab. IV. eleuata, ibidem in ſulcum (g) abit, qui femur in ante-
Fig. 2. Db. riore parte ſiniſtrum ad condylos vsque diſtinguit. Quar-
h Ibid. b c. to ex eodem memorato ſulco (h). Quinto dexter mu-
ſculus oritur in dextro femoris latere infra radicem cerui-
i Ibid. D. cis capitis oſſis femoris (i) iuxta trochanterem (k) procedens:
k Ibid. D E. deinde ab eminentia, poſtea in ſulcum abeunte, quae femur
dex-

dextrum, ad condylos vſque, medium diuidit (l). Sexto eſt muſculo vtrique Vaſto externo, iam in vnum concreto, ortus communis tota teres illa eminentia, quae ſenſim latior et elatior verſus inferiora, inter hos duos ſulcos, a conglutinatis quaſi, et per conglutinationem in vnum concretis, femorum oſſibus prominet (m). Muſculus, vbi oritur a radice capitis oſſis femoris et trochanteris, tendineus eſt vterque et tenuis, ubi a ſpinis, ſulcis, et inter hos media eminentia, totus carneus procedit. Externus ab ortu decurrit fibris rectis, in deſcenſu leuiter expanſis, ad extremum iterum ad ſe inuicem accedentibus. Infra vero fibrae prius obliquae decurrunt ab externo latere introrſum, deinde cum aliis iunctae, rectae. Hinc muſculus in parte anteriore, latior, et in medio rotundus protuberat: inde latera introrſum, verſus ſulcos oſſis, inclinant, adeoque trilaterus eſt. Cohaeret autem latere ſuo interno vtrinque cum proximo adiacente vaſt interno, quem ibidem tegit. Extremo ſuo abit in tendinem, citius a latere, tardius in medio, inde caro eius infra rotunda prominet; tendo vero latus exſcinditur ſupra (n) et expanſus infra, inſeritur margini ſuperiori, anteriori, medio laterali, vtriusque patellae, vbi cum altera parte ſua externa concreſcit, inter tendines muſculorum rectorum, cum quibus firmiſſime cohaeret (o). Vbi patellae inſeritur, ex ſtrato ſupremo fibrillae dimittuntur, quae ſupra illas expanſae, cum prioribus aponeuroſin efficiunt, ligamentis tibiae ad patellas inſertam.

Iuxta vaſtum externum a latere eiusdem vtroque, quod concreti in vnum ſinguli eſt cuiusque internum, per longitudinem femoris, in parte priore laterali, in la-

l Ibid. E. d e f.

m Ibid. D A. 2. C.

n Tab. V. Fig. 2. m.

o Ibid. n.

tere illius, deinde et in parte laterali poſteriore, femur amplectens, decurrit muſculus validus, qui eſt *Vaſtus Internus* dexter et ſiniſter. Siniſter iuxta radicem trochanteris ſiniſtri (a), dexter iuxta radicem trochanteris dextri (b), a latere eius interno [apparente externo] iuxta principium tendineum vaſti externi, vtrinque oritur, primo tendineus; deinde carneus procedit principio longiori vterque, ſuo nempe quisque in latere, ab eminentia et medio ſulco femoris cuiusque, iuxta initium carneum vaſti externi internum, cum hoc concretione cohaerens, et per eundem a latere tectus, quo hic et ille ſuperne tegitur a recto cruris. Dum deſcendit, lateſcit, et femur amplectitur a medio (c) latiſſimus ad extremum vsque, quo abit in tendinem validum lateque expanſum (d). Tendo hic, a latere anteriore cohaerens cum muſculi recti cruris tendine, inſeritur primo ſuperiori margini patellae, libero ab inſertione vaſti externi et recti cruris. Secundo laterali eiusdem parti toti (f). Tertio, extra hanc elongatus, acuto et gracili proceſſu affigitur parti laterali et priori tibiae vtriusque internae, [externae apparenti] oſſeae mox infra additamentum cartilagineum (g). Totus extenditur, latusque amplectitur tendo hic, ad poſteriora expanſus in aponeuroſin, articulum lateralem internum femoris cum crure, inſertus etiam, a poſteriore parte, ambitui tibiae ſuperioris interno (h). Hic muſculus tegitur in parte anteriore primo a latere interno [vti iam monitum eſt] vaſti externi; deinde cum eodem a recto cruris (i). A parte laterali, deinde et a poſteriore, tegitur ſupra per adductorem longum (k) et in latere dextro cum hoc

a Tab. IV. Fig. 1. a.
b Ibid. b.
c Tab. V. Fig. 1. et 2. h i. θ κ. Tab. VII. Fig. 1. θ κ.
d Ibid. i. κ.
f Tab. V. i i. κ κ.
g Ibid. i i i. κ κ κ.
h Tab. VII. Fig. 1. κ. κ κ κ.
i Tab V Fig. 1. c h. γ θ.
k Tab. VII. Fig. 1. s, s t u,

hoc per ſartorium (l), qui deficit in ſiniſtro: infra vero decurrit ab anteriore nudus et tumens (m): a poſteriore iuxta ſemitendinoſum (n), et infra hunc iuxta ſemimembranoſum (o). Vbi in tendinem abit et articulum femoris cum crure amplectitur, firmat et tendit totam ab hac parte capſam ligamentoſam. Eſtque ibidem interiecta media burſa tenuis ſed magna et oblonga.

l Tab. V. Fig. 1. a b. et Tab. VI. b c d.
m Tab. V. Fig. 1. et 2. h i. θ κ.
n Tab. VI. θ κ. e f g.
o Tab. VII. Fig. 1. h i. θ κ.

Deſcripti hi muſculi in femore locati, vbi patellae inſerti ſunt, eandem attrahendo, crus extendunt. Vaſti interni ſimul parum ad ſuum latus flectunt. Hiſce ablatis omnibus, os femoris vtriusque concretum ſolum tegitur perioſtio a parte anteriori et laterali inferiore.

Hic locus eſt aptiſſimus deſcribendi muſculum *Sartorium* vnicum, deficiente plane ſiniſtro. Oritur Dexter tenui tendineo principio acuto ab infima atque interna ora, qua limbus cartilagineus os ilium ambiens terminatur (a). Inde deſcendit, mox verſus in carnem (b), oblique introrſum, et iuxta latus femoris dextri flectitur ad poſteriora: ibi rectior decurrit ad latus muſculi ſemitendinoſi internum dextrum (c), tegens parte ſuperiore adductorem femoris longum (d), media et inferiore parte, latus poſterius vaſti interni (e) atque fine extenuato (f) abit in tendinem, gracilem, ſenſim acutiorem, et quodammodo complanatum, qui acutiſſimus inſeritur parti laterali internae oſſis tibiae dextrae concretae cum ſiniſtra (g). Tractus flectit Tibiam, id eſt, ad poſteriora et ad latus ſuum eandem attollit.

a Tab. V. Fig. 1. a.
b Ibid. et Tab. VI. b.
c Tab. VI. b c d.
d Ibid. s.
e Ibid. θ.
f Ibid. c.
g Ibid. d.

Ablato et hoc, cum reliquis deſcriptis, muſculo, os femoris a parte anteriore apparet tectum perioſtio, atque retentum per capſulam ligamentoſam. A latere

vero ſuperiore per partem anteriorem muſculi adductoris femoris longi ſuſpenditur.

In parte femoris poſteriore, quae corporis anteriori reſpondet, duo ponuntur notabiles muſculi per totam longitudinem concreti illius externam [internam apparentem] decurrentes iuxta vaſtos internos, porrecti a femore ad crus. Oritur quisque ſuo in latere, a parte priore, deinde laterali anteriore et inferiore iſtius cartilaginis, quae in acutum apicem definit, et anterior oſſa pubis coniungens prominet (a). Eſt principium latum, tenue, tendineum, quod in carnem latam abit. Haec a parte ſuprema ad dimidiam ſui longitudinem ſenſim lateſcit. In media parte latiſſima inde ad inferiora ſenſim contrahitur, atque a parte poſteriore condyli externi interna abit in tendinem (b); qui ſenſim contractus, teres et parum planus, per exteriorem vtriusque tibiae partem [mediam in concreta apparentem] decurrens, eiusdem lateri interno, iuxta tendinem ſartorii et infra eundem, inſeritur (c). Ambo hi muſculi, ab ortu ad tertiam circiter longitudinis partem, iuncti decurrunt, poſtea ab altero diuergunt. Eſt dexter, [in concreto femore ſiniſter apparens] ſiniſtro longior, ab inflexione femoris. Ex ortu a concreti oſſis iſchii vtriusque cartilagine, ex decurſu iuxta vaſtum internum per latus femoris medium externum, ex tranſitu in tendinem, ex huius inſertione ad latus tibiae internum mox infra gracilis tendinem, videtur eſſe hic muſculus *Semitendinoſus* vterque, aliis *Semineruoſus* dictus. Pro quo eundem perfecte muſculum, in priore Infante, deſcripſi

Sub mox deſcriptis eadem directione ponuntur duo muſculi prioribus ſimiles ortu et decurſu, ſed longiores ſimul

a Tab. VI. e e. Q.

b Ibid. f f.

c Ibid g g.

ſimul et graciliores. Eſt his iterum principium tenue et tendineum (a) a parte priore, deinde laterali inferiore et magis interiore, cartilaginis mox memoratae oſſa pubis iungentis, infra priores, ſub quibus procedunt carnei facti: deſcendentes ad medium parum diuergunt et contrahuntur, ad articulum femoris cum crure iterum iunguntur, et abeunt ſinguli in tendinem teretem (b), qui deinde cum altero iunctus, per medium interuallum inter condylos femori et tibiae procedit, atque ex diſtantia, quae inter ſemitendinoſorum tendines media eſt, emergens per tibiam totam poſteriorem decurrit, eiusdemque extremo, quod fine cartilagineo tegitur, inſeritur (c). Videntur eſſe *Semimembranoſi*, concretione vtriusque femoris a latere externo ſub Semitendinoſis inſinuati; a concretione vtriusque tibiae eadem ratione, in parte ſua tendinea gracillimi facti.

a Tab. VII. Fig. 1. hh. Q.

b Ibid. i i.

c Ibid. k.

Sub his iterum decurrit vtrinque muſculus tenuis et anguſtus, ortus ab eiusdem cartilaginis prominentis parte magis interna et altiori tendineus (a). Inde vbi parum procedit, fit carneus, valde tenuis et planus decurrit intra ſemimembranoſum et adductorem longum, vbi hic femori ad latus inſeritur: deinde infra hunc pergit iuxta femur internum, donec ad condylum eiusdem inflexus, abit in tendinem teretem (b), qui ſe inſerit parti ſuperiori interiori oſſis tibiae, ſub additamento cartilagineo, infra ſemitendinoſum iuxta tendinem ſartorii (c). Eſt *Gracilis*.

a Ibid. Fig. 2. l.

b Ibid. et Fig. 1. m.

c Ibid. et Fig. 1. n.

Hi ſunt muſculi, qui in hac Infante ex pelui per femur, et ex hoc, ad crus pertinent, iuxta anteriorem, poſteriorem et lateralem partem illius decurrentes.

Ex oſſibus pubis et iſchiorum tuberibus, quae concreta cartilaginem peluis anteriorem conſtituunt, decurrunt ad ſuperiorem oſſis femoris partem, lateralem nempe et interiorem ſiue poſticam, quinque, eidem inſerti, notabiles muſculi, duo paria ad vtrumque latus, vnus in medio impar et medius.

Par primum oritur vtrinque lato et amplo principio (a), a margine inferiore cartilaginis, quae in pelui prior eſt (b): ab angulo nempe eius poſteriore, os pubis extremum anterius vtrinque ſuſtinente (c) ad locum, quo cartilago ipſa reflectitur antrorſum in appendiculam (d). Deſcendit oblique interiora verſus ad femur, primo toroſior, deinde magis contractus, craſſior a latere externo (e), ab interno gracilior (f), quo multum extenuatus ſeſe inſerit lateri interno poſteriori, quod iuxta femur vtrumque poſticum eſt, antequam in vnum ambo confluunt, tota iſta longitudine, quae inter trochanteres et medium femur eſt (g). Fibrae eius, ab ortu ad inſertionem, oblique deſcendunt introrſum. Sunt ergo longiſſimae externae, ſenſim mediae breuiores, et ſupremae internae breuiſſimae. Muſculus hic a parte ſua anteriore, ſuperiore, interiore, tegitur, primo a vaſti externi parte ſuprema (h), deinde latius a recto cruris (i), et ſuprema extima parte a ſartorio, vbi hic ortus ad poſteriora reflectitur (k). Ipſe autem latere ſuo inferiore externo tegit latus poſterius vaſti interni (l) et ſeſe latere ſuo interno, ſub ſemimembranoſo (m) inſinuat, dum femori affigitur. Eſt ſiniſter horum muſculorum dextro maior et notabilior, quod fit a reclinatione oſſis femoris dextrorſum. Ex ortu ſuo, decurſu, et inſertione inprimis, videtur *Adductor longus femoris.*

a Tab. VII. Fig. 1. s.
b Ibid. Fig. 2. et Tab. III. Fig. 3. 4. O.
c Ibid. N.
d Ibid. Q.
e Tab. VII. Fig. 1. t.
f Ibid. u.
g Tab. IV. Fig. 1. a. A. b. d.
h Tab. V. Fig. 2. s. l.
i Ibid. Fig. 1. c. γ.
k Ibid. a b.
l Tab. VII. Fig. 1. t u. θ.
m Ibid. u h.

femoris. Cum autem initia lata, et ipſi muſculi craſſiſſimi ſint, forſitan, vti principia, vnde oriuntur, et extrema, quibus inſeruntur, confluxere in vnum muſculum plures, ſine nota concretionis: quale exemplum eſt in vaſto externo, et in glutaeis.

Alterum par muſculorum ſub prioribus oritur a latere eiusdem cartilaginis inferiore et magis interno, per principium aeque latum (a): inde deſcendit, ſenſim contractum, oblique ad poſteriora, et abit in tendinem latum, ſed planum et tenuem, qui inſeritur vtrinque margini anteriori (b) trochanteris [apparenti exteriori.] An eſt *quadratus femoris*? An *Obturator Internus*? An ſunt *Gemini*? An vero eſt *Obturator Externus*?

a Tab. VII. Fig. 2. q.

b Ibid. r. r.

Ante hos muſculos in interuallo, quo a ſe inuicem diſtant, ex media antica inferiore parte eiusdem iterum cartilaginis, oritur muſculus principio lato tendineo, quod mox in carnem vertitur (a): deſcendit ad femur parte ſua altiore, ſiue poſteriore, rectus; anteriore vero, valde obliquus, fibris, dum deſcendunt, diuergentibus. Hinc muſculus, ſenſim latior, vbi inſeritur, latiſſimus eſt. Inſeritur autem parti perfecte mediae, poſteriori, oſſis femoris concreti, infra trochanteres, per ſpatium notabile deorſum (b). An eſt *Adductor femoris breuis* Albino, *ſecundus* Douglaſio, dictus? An dexter et ſiniſter in vnum coalitus?

a Tab. VII. Fig. 2. o.

b. Ibid. p.

Muſculi hi, femur attollendo, hoc ad poſteriora flectunt, et ad anteriorem corporis partem adducunt: adductores longi ſimul ad latus ſuum.

Ad Tibiam nullos vidi diſtinctos muſculos. Sed a parte anteriore et poſteriore huius cum femore iuncti conge-

congeries fibrarum apparet, quae ſpeciem muſculi vnius prae ſe fert.

A parte quidem poſteriore, ad articulationem femoris cum tibia, fibrae ſuper eandem muſculoſam expanſionem efficiunt, capſulae ligamentoſae ambienti et retinenti firmiſſime accretam, quae ſeſe ad partium figuram facilis accommodat. Oriuntur hae fibrae altiſſimae mediae, ſenſim ad latera et ſucceſſiue minores (a), ex ambitu ſinus, qui leuiter excauatus, ſupra acutus, infra latiſſimus, eſt in oſſis femoris concreti parte poſteriore infima, antequam oſſea in cartilagineum additamentum continuatur (b). Intra condylos femoris procedunt hae fibrae ad tibiam, in tranſitu parum intumeſcentes (c). Ad tibiam ſenſim colliguntur, atque tenuiſſimae inſeruntur eiusdem extremo quaſi euaneſcentes (d).

a Tab. VII. Fig. 2. x.
b Tab. IV. Fig. 1. C.
c Tab. VII. Fig 2. y.
d Ibid. z.

A latere tibiae anterioris, in parte inferiore, ſimili modo inſertae tenuiſſimae fibrae (a), dum adſcendunt, diuergunt, extenſionemque muſcularem efficiunt, quae patellae vtriusque ligamenta tegit illis firmiter adhaerens, et illarum margini, extenuata multum, quodammodo inſeritur (b). Videntur collectiones hae fibrarum, reliquiae in vnum concretae illorum muſculorum, qui abolentur, dum inuerſae tibiae cum fibulis ſuis, in vnum et gracile os confluunt atque concreſcunt.

a Tab. V. Fig. 1. f.
b Ibid. g.

In parte tibiae anteriore, a latere vtroque interno [concretae vtriusque externo apparente] ſub fibris carneis, oritur initio acuto (a) ligamentum, quod, adſcendendo latius et tenuius, vtrinque inſeritur margini inferiori ſuae cuiusque patellae (b), oſſe intermedio libero. Fibrae, quae horum ligamentorum ſunt exteriores, ſupra

a Tab. V. Fig. 2. D E.
b Ibid. A. B.

pra patellam pergunt, et cum iis, quae ex tendinibus muſculorum a parte ſuperiore veniunt, videntur confluere. Ita conſtituunt expanſionem neuroden eidem ſupertenſam.

Haec eſt hiſtoria muſculorum, qui in hac Infante ad partes deformatas locantur. Sunt hi perfectiores, quam illi, quos in alterius Infantis hiſtoria notatos deſcripſi. Sunt, qui ad lumbos, ad os ſacrum, et ad oſſa ilium, ponuntur, magis integri. Patiuntur, qui os ſacrum inter et oſſa ilium locantur, compreſſionem ab anguſtia partium, patiuntur plicam a reflexione: dum in priore Infante truncabantur, ob truncatas et commolitas firmiores partes, ex quibus oriuntur, et quibus apponuntur.

Muſculi abdominales ſunt in vtraque Infante figura ſimillimi et ſimili modo extenſi, a cauſa ſcilicet eadem, quae eſt reflexio et intorſio oſſium ilium ad poſteriora. Pyramidales (a), qui in *hac* adſunt, deſiderabantur in *illa*: ſed et hoc fit quandoquidem in bene formato corpore. Quem quadratum vocant lumborum, fuit in *hac* muſculus vtriusque lateris naturalis figura ſua et decurſu (b): dum in *illa* quaſi inuertebatur, infra ad os ilium gracilior [A], ad coſtam autem inſertus [B] latior.

a Tab. VI. l. λ.

b Tab. VII. Fig. 1. g h. η θ.

Muſculi femoris et cruris in ortu, directione per oſſa, et inſertione, perbelle inter ſe conueniunt, nec ſunt differentiae maioris momenti, quam quas quotidie obſeruamus in corporibus diuerſis.

H CAPVT

[A] Tab. IX. Fig. 1. g, η. [B] Ibid. h. θ.

CAPVT QVINTVM.

VISCERA ET VASA DEFORMATA EXPONENS.

Examinatis, atque prudenter a lumbis et abdomine ablatis, muſculis omnibus, integro peritonaeo, vidi primo decurſum arteriae vmbilicalis vnicae ſupra hoc medium ab vmbilico ad inferiora. Secundo examinaui decurſum venae eiusdem ex vmbilico, ſupra peritonaeum ſurſum ad aliquam diſtantiam, qua deinde, illud perforando, obliqua intrat ita hepar verſus, vt ſecum ſimul rapiat inueſtientem membranam. De qua re breui agam prolixior, otium ad hoc nactus liberius. Tum aperui peritonaeum duplici inciſione, ab vmbilico ad latera, peluim verſus, diuergente ita, vt membranae inciſae trianguli apex ſit vmbilicus, lata eiusdem baſis ad eminentiam oſſium pubis. Secunda vero recta ſectione idem diuiſi ab vmbilico ad cartilaginem ſterni mucronatam. Tertia denique eaque ſectione transuerſa ab vmbilico iterum ſiniſtrorſum ad ilia vsque. Reflexis vltimae huius inciſionis ſegmentis ſurſum et deorſum, atque tum eleuato vmbilico et ſuſpenſo, opportune potui examinare, per apertum a latere ſiniſtro peritonaeum, decurſum venae vmbilicalis. Hic, aeque ac figura et inſertio eius, naturalis fuit, primo ſupra, deinde infra expanſum peritonaeum, ab eo data vagina inuolutae hepar verſus. Tum quarta ſectione diuiſi ad ilia dextra vsque peritonaeum transuerſum, diſſecta, mox ſupra vmbilicum, eiusdem vena. Hanc repoſui eleuatam ſupra hepar, et reflexi deorſum triangularem illam laciniam, in qua apex eſt vmbilicus, quamque iam mediam diuidit arteria diſſecta vmbilicalis in duo

duo triangula aequalia. Caeteras portiones explicui ita, vt liberrimus appareat contentorum in abdomine, hoc ſpatio, conſpectus, qui ita ſeſe habuit.

Vena vmbilicalis [vti iam monui] membrana peritonaei inuoluta tendit, vti ſolet, oblique hepar verſus, et huic naturaliter inſeritur (a), ad illam recipiendam notabile exſciſſo (b). a Tab. VIII, IX. A B. b Ibid. B.

Arteria vmbilicalis non duplex, vti ſolet, per angulum acutum, peluim verſus, ex vmbilico diuergit: ſed vnica ex illo (c) et recta, ſub decurſu lineae albae, deſcendit, tenditque ad pubem locata ſupra peritonaeum, et illi per tegmen celluloſum affixa. Vbi autem ad pubem peruenit, arcu incuruo flectitur in ipſa pelui ſub peritonaeo, atque deinde, poſt illud, ad lumbos adſcendit, primo obliqua, deinde recta et ampla, ſupra vertebrarum corpora (d). Numerum ſimplicem diameter compenſat; eſt quippe, quam ſolet in recens nato infante eſſe, duplo capacior et fere cylindrica. c Ibid. M L. d Ibid K et Tab. XI. K A.

In vtraque Infante eſt horum vaſorum facies perfecte eadem et ſimillima.

In cauo abdominis ſupra viſcera, et inter haec, inprimis autem inter gyros inteſtinorum inſinuati, inuentum eſt multum ſanguinis coagulati, et a diuturna in ſpiritu conſeruatione indurati in ſubſtantiam fragilem fuſcam.

Hepar mole ſua et figura valde notabile eſt: tota quippe parte ſua anteriore extra hypochondriorum ambitum, quem cartilagines coſtarum ſpuriarum, vbi ſucceſſiue inferiores ſuperioribus affiguntur, efficiunt, prominet ad maius, quam dimidium illud ſpatium, quod eſt inter cartilaginem ſterni mucronatam et vmbilicum, ad regionem

e Tab. VIII. C D. $\alpha\beta\gamma$. epigaſtricam, medium (e). Margine ſuo inferiore tendit
f Ibid. D. γ. ad ilia ſiniſtra (f) rectius, atque extremo ſuo ſub crate coſtarum ſpuriarum cartilaginea reconditur, ibidem lumbos verſus inflexum, et concauitate ſua amplectitur ſuperiorem gib-
g Tab. IX. γ. H. bamque exteriorem Lienis partem (g). Margine eodem inferiore hepar deſcendit, valde obliquum, ad dextra ilia, at-
h Tab. VIII. C. $\alpha\beta$. que eadem totum replet (h) a latere et ad poſteriora. Tangit vero ipſam peluim ſuo ibidem extremo, quod fiſſum, vngulae bouinae inſtar, in duas abit appendiculas. Harum anterior, maior inflectitur ad anteriora, et extenuata apice rotundulo
i Ibid. α. definit (i). Poſterior minor, rectior, ad latera, ad poſteriora,
k Ibid. β. et ad inferiora, deſcendit ſupremam peluim attingens (k).

*S*ub Hepate quae eſt, abdominis cauitatem anteriorem replent inteſtina tenuia, flexa in gyros, contracta ipſa et indurata, multumque ab eius mole depreſſa
l Ibid. E E E. (l). Ad hepatis partem mediam, vbi illud vena vmbilicalis intrat, emergit inteſtinum colon, ſub eodem oc-
m Ibid. O. cultum (m): tendit hoc ad ilia ſiniſtra, leuiter deorſum
n Ibid. O P. et obliquum (n), atque reflexum ibidem antrorſum (o)
o Ibid. Q. decurſu valde obliquo procedit ad inferiora et anteriora
p Ibid. Q R. medii abdominis (p), tangens arteriam vmbilicalem,
q Ibid. R K. vbi in pelui flecti incipit ad lumbos adſcenſura (q). In parte hac inferiore anteriore, reflectitur iterum colon
r Ibid. R. interno ſuo angulo valde acutum (r) ad ſiniſtra; et, vbi parum proceſſit, finditur in duos tubos, trunco ſin-
s Ibid. S T. gulos duplo minores (s). Horum ſuperior et breuior inſeritur, vel potius expanditur, in corpus ouiforme membranaceum maius, quod transuerſum ſupra peluim
t Ibid. X. et Tab. IX. T X Y Z. locatur (t). Inferior vero et longior tubus, ſub hoc corpore, reflectitur dextrorſum (u), atque inſeritur, ſiue
u Ibid. S.

abit,

abit, in membranaceam expanſionem minorem, quae, latere ſuo ſuperiore, ſub maiore inſinuata, transuerſa ponitur in parte anteriore peluis (v). Haec omnia mox fuſius exponuntur. In peluis parte ſiniſtra, et in parte infima ilium ſupra hanc, apparet expanſionis dictae membranaceae portio ſiniſtra, maior, rotundior, ad attactum dure reſiſtens, tenſa, libera, prominens, nuda ab inteſtinis tenuibus (w), quae reliquam eiusdem partem tegunt incumbentia mediam et lateralem dextram.

v Tab. IX. S U V.

w Ibid. et Tab. VIII. X.

Conſpectum hunc aperti abdominis, ne hilo attacto, nec loco remoto, accuratiſſime curaui delineari: poſtea, remotis prudenter, quae viſum impediunt ſubiectorum, inteſtinis tenuibus, atque eleuato cum hypochondriis hepate, vidi ſuo loco Ventriculum, Pancreas, Lienem, et omnia haec iungens tenuiſſimum Omentum, quod inde propendet arachnöideum, atque flectitur ſupra inteſtinum Colon. Vidi et colon ſurgere a latere dextro, inflecti ſub ventriculo ad ſiniſtra, ibidemque reflecti. Haec omnia ſunt naturalia, vti in foetu eſſe ſolent et debent. Colon tum apparuit tranſire fiſſum in expanſiones membranaceas, quarum maior et anterior, parte ſua ſiniſtra ampla, rotunda, ouiformis et contracta ſenſim, patuit oblique eleuari dextrorſum, magis anguſtari, prout ilia dextra anguſtiora ſunt ſiniſtris, idque a tenſione partium continentium per flexuram femoris ſiniſtrorſum. Patuit expanſio minor, ex tubo inferiore dilatata, ſub maiore inſinuata, ſimili modo adſcendere, et in anteriore peluis parte transuerſa diſponi.

Notatas has et examinatas partes dum tentat Pictor delineare, hoc iterum fuit incommodum, vt nulla manuductione apparere ea potuerint, quae maxime fo-

rent notanda, tam ob hepar depreſſum et prominens, quam ob anguſtiam abdominis inferioris, ſed inprimis, quia in fornicem tenſum diaphragma et arcta hypochondria, per obſcuritatem a parte ſuperiore, contentorum examen accuratius et aſpectum, magis adhuc eorumdem figurae deliniationem, obnubilant et opperiunt. Auferendo igitur ſternum, reliquis omnibus intactis manentibus, pectus aperui eo ſcopo, vt flaccidum et collapſum diaphragma eleuataque hypochondria liberiorem proſpectum darent. Ergo notandum eſt, quod in figura ſubſequente omnes partes, deorſum explicatae, latius occupent ſpatium, quam cum, integro thorace, ſurſum tenſum diaphragma omnia teneret ſuſpenſa in ambitu magis arcto. Hinc et flexi inteſtini coli arcus ſub hepate deorſum multum augetur.
a Tab. IX. E E. Reflexis deinde inteſtinis tenuibus ad latus dextrum (a),
b ibid. Q R. repoſita coli inteſtini flexura ad ſiniſtra (b), extenſa eius-
c Ibid. R S. dem parte inferiore deorſum (c), atque eleuato et recli-
d Ibid. C D. nato ſurſum hepate (d), omnium conſpectus liberrimus fuit.

Primo iam in Hepate eleuato et reclinato apparet
e Ibid. C D. eiusdem latus inferius, concauum, latum, et naturale (e).
f Ibid. A B. Locus in eo, quem vena vmbilicalis (f) intrat, etiam
g Ibid. B. infra, vti ſupra, rite diſponitur (g). Eſt veſica fellea ſuo
h Ibid. δ ε. loco bile repleta (h). Hepar ipſum, vti ſuperiore, ita inferiore ſua mole, ratione corporis, ingens eſt. Ventri-
i Ibid. F. culus eſt figura ſua et ſitu naturalis et fere vacuus (i).

Lien ventriculi receſſui magno adiacet magnus,
k Ibid. H. craſſus, caeterum ſanus (k), tactus et tectus a parte ſua ſuperiore exteriore, per vltimum apicis hepatis ſiniſtri
l Ibid. γ. angulum (l).

Omen-

Omentum ex ventriculi fundo tenuiſſimum et pulchre arachnoïdeum procedit (m), deinde reflectitur ſupra inteſtinum colon ad tenuia, eſtque ductibus adipoſis et vaſculis ſanguineis eleganter variegatum (n): duplicatum inuoluit pancreas, inteſtinum colon ſuſtinet, et ductus, ad inteſtinum duodenum exporrectos, ordinat.

m Ibid. G.

n Ibid. g g.

Retinentur omnes hae partes per membranas, ſuſtinentur et colligantur per easdem. Sunt autem hae membranae proceſſus, [vti propagines has vocare ſolent Anatomici] peritonaei, et ex eo continui omenti.

Venae vmbilicalis porro in venam Portarum, huius vero inſertio in venam Cauam; ductus deinde Hepaticus: ductus veſiculae felleae; ductus, qui ex his concurrentibus communis conflatur, Choledochus dictus: ductus Pancreaticus, et huius cum Choledocho coniunctio: tandem coniunctorum ductuum vnius in inteſtinum duodenum, ad hoc perforatum, inſertio, fuere omnia ita naturalia, vt in rite formato eſſe et diſponi ſolent. Haec omnia in exemtis, altero et attentiſſimo examine perluſtratis viſceribus indaganti apparuerunt, quod hoc loco, ſufficiet, obiter monuiſſe, dum iterum in hac Infante partium, quas iuxta modulum Natura formauit, deſcriptionem non ſuſcipio.

Meſenterium, a lumbis procedens, retinet, vt ſolet, inteſtina tenuia. Retinet Meſocolon inteſtinum Colon, ſuprema ſua parte naturale, infima cum hoc parum a ſtatu ſuo conſueto recedens.

Inteſtina tenuia (o) continua ſunt craſſis per coecum (p), proceſſu vermiculari (q) inſtructum, qui in priore Infante deſiderabatur.

o Tab. X, Fig. 1. E.

p Ibid. I.

q Ibid. K.

Colon

Colon naturale ex coeco parum oblique introrſum
r Ibid. IO. (r) adſcendit, atque flexura prima ſigmoidea (s) intor-
s Ibid. O. t Ibid. et tum ſiniſtrorſum, ſub hepate (t) procedit, et ſimul pa-
Tab. VIII. rum inflectitur, ad lienem iterum adſurgens. Sub hoc
et IX. O P. u Ibid. Q R. altero flexu ſigmoideo reclinatum ad anteriora (u) ten-
dit ex hypochondrio ſiniſtro, valde obliquum deorſum et in-
v Ibid. R. trorſum, ad imam peluim (v), atque ibidem tertio gyro
inflexum ſiniſtrorſum [vti iam in primo conſpectu aperti
abdominis enarrato apparuit] terminatur extremo duplici,
w Ibid RST. praeternaturali, diuergente (w), mox fuſius explicando.

Inteſtinum colon, miro Naturae luſu, ibi, vbi poſt
primam inflexionem ſub hepate decurrit, abit ita in duos
tubos, vt alter poſt priorem procedat, ab hoc tectus.
Oritur poſterior ex priore hac ratione. In latere coli
a Tab. X. poſteriore, vbi medium hoc ſub hepate decurrit (a), ori-
Fig. 2. OP. b Ibid. a bc. ficio valde elliptico (b) oritur alter tubus poſt priorem
ita, vt latus hoc oſtio aperto medium et tubo vtrique
commune, ſeptum inter duos canales conſtituat, ab hac
c Ibid. c t. parte rotundum et conuexum, ab illa concauum (c). Fo-
ramen hoc, dum in pariete tubi longioribus cornibus incipiens
d Ibid. a b. (d) exſcinditur, ſequitur tunica villoſa inteſtini communis, et
cum eo tubum poſteriorem reflexa intrat. Procedunt hi tubi ſine
e Ibid. Fig. vllo commercio iuncti, quaſi commune colon forent (e);
I. et Tab. VIII et IX. et manet, ſepti medii inſtar diſtinguens, latus inter ambos com-
O P Q R. mune (f), donec infra ab altero diſtinctus vterque tubus
f Tab. X. Fig. 2. c t. diuergit. Sunt iuncti decurrentes capacitate aequales; et,
dum colon tranſuerſum procedit, poſterior poſt priorem
incedit ab hoc tectus. Vbi autem colon ex hypochondrio
ſiniſtro ad priora et inferiora obliquum tendit, qui po-
g Ibid. Fig. ſterior erat, tubus ſenſim emergit, et fit exterior (g) an-
I. et Tab. VIII. t t. teriore

teriore facto, ab hac inclinatione, interno (e). Vbi vero tertia et infima inflexione colon, a medio anteriore et inferiore abdomine, tendit ad ſiniſtra (f), ibidem interior tubus fit inferior (g), exterior vero ſuperior (h); antequam quisque expanditur in extremum ſuum coecum. Nota diſtinctionis vtriusque tubi cum altero coniuncti etiam externa apparet, maxime ſi inflantur ambo. Vbi collabuntur et propius ſe inuicem lateribus notae diſtinctionis attingunt, haec mentitur ligamentum vtrinque (i), quod rectis fibris per coli longitudinem ſolet decurrere, ad inteſtinum rectum colligi, et illud dum ex triplici in vnum confluit, ambire [A]. Huius Ligamenti nulla apparent in toto colo hoc indicia.

e Ibid. s s.
f Ibid. R.
g Ibid. ss S.
h Ibid. t t T.
i Ibid. q q.

Ambit iunctos tubos membrana meſocoli, qua communi inuoluuntur. Vbi vero ad peluim adeo conſpicue a ſe inuicem ſecedunt, retinet tamen coniunctos membrana intermedia duplicata, arcte ambiens et ligans (k). Atque ex tubis ſupra extrema dilatata expanditur firmiſſime, vti tunica extima, accreta (l) continua. Tubi vtriusque ille, qui prius poſterior, deinde exterior, poſt diuergentiam et ſeparationem, eſt factus ſuperior, ad extremum ſuum reflexus, primo multum anguſtatur, deinde inſeritur, vel expanditur, in corpus iam memoratum membranaceum, quod expanſione ſua durum et valide renitens, locatur in pelui ita transuerſum, vt ab iliis ſiniſtris dextrorſum leuiter oblique adſcendat (m). Eſt hoc, vbi ex inteſtini coli tubulo oritur, in latere ſiniſtro, rotundum, globoſum: ad dextra adſcendendo fit ſenſim anguſtius, ouiforme, inprimis a parte ſuperiore. Ab inferiore enim multum introprimitur, quaſi in arcum leuiter exſciſſum (n).

k Tab. VIII. et IX. η η.
l Ibid. η η δ.
m Tab. IX. X Y Z.

[A] Euſtachii Tab. X Fig. IV. V. M N Q.

n Ibid. Y. (n). Terminatur autem ad dextra, extremo globoſo rotundo, ſed longe minori, quam quo ad ſiniſtra incipit, quod et inde ad poſteriora reclinatur (o). Ita ſeſe accommodat ad formam et capacitatem cauitatis ilium et peluis. Sunt ilia dextris ſiniſtra molliora et capaciora. Illa etenim tenduntur et anguſtantur: quod ideo fit, quia caput oſſis femoris concreti ad dextra, extra acetabulum dislocatum, circumpoſita mollia dum tendit, extendit. atque hac ratione haec cedere impedita, reniti facit contra ea, quae eadem ampliora reddere conantur. Ilia ſiniſtra, e contrario, ſunt molliora, quorſum femur inclinatur; hinc facile cedunt extendentibus, atque locum parant extendendis ipſa extenſilia. Vti abdominis infimi capacitati, ita et eiusdem figurae, ſeſe accommodat memorata extrema haec extenſio membranacea. Hinc a parte media inferiore, ſed inprimis ab eadem poſteriore, validiſſime conſtringitur ita, vt paries poſterior anteriorem fere contingat. Huius rei examen accuratius operae pretium compenſat.

o Ibid. et Tab. X. Fig. 1. Z.

Arteria vmbilicalis, vbi ex vmbilico ſub linea alba et ſupra peritonaeum decurrens ad peluim reflectitur ſupra hanc ad lumbos, manet extra peritonaeum: ſed eiusdem ſacci caeci mediam partem intra arcum reflexionis intercipit, et ſimul ea, quae hoc continentur. Decurrit autem ſupra dura lumborum vertebrarum corpora, quae cedere neſciunt [aeque ac oſſeae et imperuiae peluis reſiſtens immobilitas] dum ex vmbilicali in arteriam aortam recta continuatur. Ad peluim ergo, et ad lumbos, locus non conceditur extendendis. Ad partem vero anteriorem, vbi ſub linea alba, ſupra peritonaeum, arteria decurrit,

currit, iuxta hanc omnia mollia ſunt, et extenſionem prementi facile concedunt, mollia ſunt et ilia, inprimis ſiniſtra, quae minus tenduntur, quam dextra. Ergo dum excrementis et aëre ſenſim magis impletur expanſio membranacea vndique clauſa, neceſſario extendi debet et maior euadere. Hoc autem fieri debet ad loca minus reſiſtentia, ad latera et ad anteriora nempe, vbi omnia ſunt extenſilia. Membranam interim extimam efficiens Meſocolon ligat, ad poſteriora collectum, per fimbrias validas corpus hoc membranaceum cum lumbis inferioribus et peluis parte ſuprema arctiſſime, ita vt perſtet immobile. Nectuntur inter ſe inflexiones a parte externa firmiſſime. Quo plus ergo illud impletur, eo magis expanditur ad anteriora, ſuperiora, et ad latera, liberum: ſed et ſimul eo magis ad poſteriora et inferiora dura, dum increſcit, arctatur et circa reſiſtentes lumbos et aortam, atque ad inferiora circa aortae continuationem, quae hic eſt arteria vmbilicalis, inflectitur, et ad haec loca firmiſſime alligatur. Haec autem membranae intropreſſio a poſteriore (a), conniuentia ſua acuta et tenſione format ſpeciem valuulae, intus prominentis (b), per quam, et per inflexionem vltimi apicis dextri ad poſteriora, fit, quod faeces, aqua, aër, facile ex receſſu maiori in minorem intrent, ſed iisdem reditus fere negetur, niſi per vim externam adiutus, ex hoc in illum: ex quo et difficilis regurgitatio eſt in tubum inteſtini coli contractum, illi inſertum ad angulum valde acutum, vnde et intus valuula in formam ſemilunae efficitur.

a Tab. X. Fig. 1. Y Z.

b Ibid. Fig. 3. Y.

Ita in duas expanſas cauitates, inter ſe aditu anguſtiore communicantes, diſtinguitur haec expanſio membranacea maior et anterior. Eſt diſtinctio haec longe notabilior externa a parte poſteriore (c), quam ab anteriore (d).

c Tab. X. Fig. 1. Y Y.
d Tab. IX. Fig. 1. Y Z.

Tuborum ſeu canalium, in quos inteſtinum colon extremum finditur, inferior [prius anterior, vbi ſub hepate transuerſus decurrit; deinde interior, vbi inde ad peluim oblique deorſum et introrſum procedit;] ſuperiore longior, eoque minus contractus, ſub eodem reflectitur valde acutus ad poſteriora (e); atque expanditur deinde in corpus membranaceum longe minus, illi tamen, in quod tubus ſuperior abit, mox deſcripto, non abſimile. Senſim etenim expanſum, in medio ampliſſimum euadit, deinde iterum contrahitur (f). Preſſionem et compreſſionem ſimilem patitur a ſubiecta, illumque medium comprehendente, vmbilicali arteria, qualem in poſteriore et inferiore parte maioris expanſionis notaui. Hinc extremum eiusdem dextrum ſimili ratione ad poſteriora reflectitur, finitum leuiſſima, tenui, et coeca, appendicula (g). Expanſio haec minor parte ſua ſuperiore dimidia, iuxta ſuam longitudinem, inſinuatur ſub maioris expanſionis latere inferiore poſteriore medio dimidio, vbi haec ambitu ſuo rotundo a fundo peluis parum eleuata recedit, et illi ibidem adnectitur per membranam externam; quae a meſocolo data ſeſe ad figuram harum partium accommodat, easdemque colligat, dumque ambit ſtricte, inueſtit, et cum adiacentibus fere immobiles connectit (h).

e Tab. VIII. O P Q R S.
f Tab. X Fig. 1. S U V W.
g Ibid. V W.
h Tab. IX. U V. X Y. η η θ.

Deſcripta haec viſcera abdominalia, quae intra peritonaei ambitum diſponuntur, poſtquam exemi, altero

examine

examine perluſtrans, vidi omnia inteſtina tenuia, vacua, valde contracta, et inteſtinum coecum cum appendicula, vti reliqua viſcera, multum induratum a conſeruante ſpiritu frumenti. Colon poſtquam ex coeco exſurgit, et vbi ſub hepate decurrit ad flexuram ſecundam ſub liene, itidem valde anguſtum, contractum, et induratum fuit, intus multum rugoſum. Eiusdem vero flexura a liene antrorſum magis extenditur ab aëre meconio mixto. Extenduntur ab iisdem ambo tubi ad ortum, contracti iterum ad inſertionem. Extenduntur maxime extrema membranacea, in quae illi abeunt. Haec autem vndique clauſa coeca finem dant tractui inteſtinorum omnium.

Sectione transuerſa iuxta longitudinem abſtuli tunc dimidiam anteriorem partem corporis membranacei maioris iuxta eiusdem extremum dextrum minus, vbi hoc ad poſteriora flexum deinde reflectitur ante inſertionem tubi inteſtini coli ſuperioris. Ad aperturam erupit multum aëris et foecum flocculoſarum, a quibus, facta ſub aqua inciſione, per leuem agitationem facile depuraui cauitatem anteriorem, poſteriorem difficilius; vtpote cuius parieti interno, in ſpeciem craſſioris membranae exſiccatae, faeces firmiſſime adhaerent, ne quidem poſt longiorem macerationem inde auellendae. Apparuit tunc inteſtini coli in cauitatem apertura latere ſuo interno tendi in ſpeciem valuulae ſemilunaris (a); latere vero oppoſito externo explicari continuo in membranam internam, ſenſimque dilatari (b). Inde fit, vt illis, quae tubo inteſtinali continentur, facilis detur aditus in ſaccum cauum expanſum, reditus vero ex hoc in illum negetur. Quo loco corpus hoc membranaceum ad dextra leuiter adſcendendo, extremo

a Tab. X. Fig. 3. T.

b Ibid. t t.

 mo

mo ſuo contrahitur, ibidem in pariete eiusdem poſtico
interno oſtium aperitur rotundum, minoris digiti apicem
c Ibid. Y. amplum (c), quo tranſitus datur ex cauitate maiore in
d Ibid. Z. minorem reflexam (d). Oſtium hoc ambitu ſuo multum
tenditur, atque terminatur margine valde acuto, in-
primis in parte anteriore interiore, quae cauitatem reſpi-
cit: vbi ſcilicet membrana cauitatis maioris, latere ſuo
poſteriore, et membrana cauitatis minoris, latere ſuo
iam anteriore facto a reflexione, acute conniuent, et a
parte externa per ſubſtantiam celluloſam, deinde et per tu-
e Ibid. Fig. 1. Y Y. nicam externam, firmiſſime colligantur (e). Hinc naſci-
tur ſpecies valuulae ſemilunaris valde tenſae. Ex hac
directione fit, vt contenta in cauitate maiore preſſa ad
hunc angiportum, per eundem facile intrent et relabantur
in cauitatem minorem: difficillime vero ex minore in ma-
iorem redeant: cum ſimul regurgitationem impedit tenſio
parietis anterioris ſiue exterioris, vbi multum ad extre-
mum arctatus oſtio huic ex aduerſo opponitur, in cauitate
maiore: impedit idem reflexio minoris appendiculae ipſa
verſus poſteriora, deinde applicatio eiusdem ad maiorem,
f Ibid. et Fig. 3. Z Y. et firmiſſima retentio ad eandem alligatae (f).

Per ſectionem transuerſam ablata iuxta longitudinem
parte dimidia anteriore corporis membranacei minoris, appa-
i Ibid. Fig. 4. S. ruit inteſtini coli tubus inferior ſeſe in hoc expandere (i),
quod intus glabrum ſenſim lateſcit, ad extremum ſuum
k Ibid. U. iterum contractum (k). Ibi aperitur, a parte poſteriore,
l Ibid. u. oſtio perfecte ſimili, ſimili valuula munito (l) nata a
cauſa efficiente eadem, quam in corpore membranaceo
maiore explicui. Tranſit hoc oſtium in appendiculam itidem
m Ibid. V. minorem, ad poſteriora ſurſum inflexam (m), quae non
caeca

caeca finitur, ſed ad inferiora tranſit in canalem valde anguſtum, qui primo oblique deſcendit, mox acute reflectitur ſurſum, tandem deſinit in vltimam caecam tertiam appendiculam, oblongo rotundam (n). n Ibid. W.

Omnes hae inflexiones a parte exteriore connectuntur per ſubſtantiam cellulosam tenacem, quam ſi ſubtili ſectione diſcindo, vt nexum ſoluam, quantum de nexu ſoluo, tantum diſparet de valuula, ſeu plica, intus prominente: vt quidem appendiculam minorem cum maiore continuam fere recte extenſam reddere potuerim. Perfecte vti hanc rem in valuula coli Celeberrimus Albinus deſcribit [A].

Ipſum iam cauum abdominis, poſt viſcera deſcripta exemta, notatur [perfecte vti in priore Infante] inferne ſupra pſeudo-peluim anguſtum terminari peritonaeo arcte ſuccinctum (a): ſub quo non iſta cauitas peluis deprehenditur, quam ab anteriore et laterali parte veſica vrinaria, a poſteriore vero inteſtinum rectum, implent; inter quae media in foeminis vteri pars infima, et inprimis eius vagina, locatur; implente ſimul ſubſtantia cellulofa, pingui repleta, interſtitia, quae inter haec vacua forent: dum partem circiter dimidiam veſicae ſuperiorem, inteſtini recti ſupremam, vteri fere totam ambit et velat peritonaeum ſeſe ad omnium horum figuram accommodans et plicans, atque illis per telam celluloſam intermediam arcte accreſcit. At vero tangitur ſub expanſo et tenſo peritonaeo extremo concauo, inaequale, durum, oſſeum, declinare, antrorſum gracileſcere in apicem obtuſum, regionemque pubis occupare; quale hoc ſub nomine peluis in hiſtoria oſſium [B] deſcripſi. Superne

a Tab. XI. 14. 14.

[A] Academ. Annotation. Lib. III. Cap. II. [B] Pag. 24.

perne autem diaphragma naturaliter ſeſe habuit; vnde abdomen ibidem amplum et alta fornice naturaliter concavum fuit.

Immiſſo ante exemta viſcera in aortam, ſupra diaphragma truncatam, tantillo liquefactae materiei ceraceae, cinnabarino colore tinctae, quae ſufficit ad vaſa, ex illa orta, examinanda. Vena caua autem per ceram viridem ita leuiter diſtenta, vt eiusdem apparentes rami diſtinguantur ab arteriis; tenerrimarum partium et vaſorum decurſus faciliorem potui inſtituere indaginem. Separato deinde in ambitu ſuo diaphragmate, exemi ſimul viſcera e thorace. Haec inueni omnia, ſollicite examinata, perfecte naturalia. Quod vero lumbos, et deinde totum abdominis cauum ſuccingit, peritonaeum, poſtquam conſueta methodo meſenterium et meſocolon ad illorum ortum abſcidi, reliqui caeterum integrum: tum vidi decurſum vaſorum talem.

Aortae pericardio egreſſae truncus, quem adſcendentem vocant, fuit cum ſuis ramis naturalis, qui partibus ſuperioribus proſpiciunt. Truncus inferior, ſiue deſcendens, flexus, iuxta naturam, ſub membrana coſtas ſuccingente, ad latus corporum vertebrarum dorſi ſiniſtrum, tela celluloſa inuolutus, procedit (a), intercoſtales arterias ſuppeditat (b), atque ſub diaphragmate, poſt peritonaeum, eiusdem celluloſae propagine circumductus, abdomen intrat, ſenſim magis ad dextra et ſupra lumbos medius deorſum vergens. Dat, ſuo loco, in tranſitu arteriam diaphragmaticam (b), deinde in parte media anteriore coeliacam (c) et meſentericam (d): infra has vero, ad iuſtam diſtantiam, meſentericam inferiorem, ſiue meſocolicam

a Tab. XI. A.
b Ibid. o o.
b Ibid. B.
c Ibid. C.
d. Ibid. D.

licam (e): intra has in latere ſiniſtro arteriam emulgentem ſiniſtram, ſed tenuem et puſillam (f). Dextra cum rene deſideratur. Arteria autem emulgens [quod idem mox in vena notandum eſt] non, quo ſolet caeterum, arcuato ductu ad renis partem mediam procedit, ſed recta, et aliquo modo accliuis, tendit ad partem ſuperiorem, circiter totius renis altitudinis vnam tertiam, quam vbi attingit, mox diſſilit in ramos, qui per ſuperficiem exteriorem diſperſi, deinde ſubſtantiam internam penetrant (g). Ad ortum a ſuperiore dat ramum inſignem reni ſuccenturiato (h). Arteriae ſpermaticae vtrinque oriuntur non ex parte anteriore, ſed laterali et magis poſteriore, aortae (i). Et quidem dextra, quam ſiniſtra, altior (k) ex latere huius oppoſito ortui arteriae emulgentis ſiniſtrae. Ambae ab ortu lunato ductu, concauo ad exteriora, deſcendunt ſub peritonaeo ad ouaria.

e Ibid. E.
f Ibid. G.
g Ibid. g g.
h Ibid. f.
i Ibid. H I.
k Ibid. H.

Truncus arteriae ex aorta continua inſignis, poſt emiſſos dictos ramos, cylindricus ad imam peluim pergit (l), vbi non, vt ſolet, in iliacas arterias finditur, ſed in toto decurſu capax, ſupra lumbos eleuatus, ad infimum locum peluis perueniens, ſub caeco peritonaei ſacco in arcum reflectitur, anteriora verſus: vbi emergens, ſupra peritonaeum decurrit medius, et in arteriam vmbilicalem continuus, ad vmbilicum adſcendit, vnica facta recta et ſimplex arteria, ſed capaciſſima (m). Hoc iam ſupra a parte anteriore [A] notatum eſt.

l Ibid. A K.
m Ibid. K L.

Eſt autem aortae deſcendentis, et in vmbilicalem arteriam continuationis, tanta diameter, vt ſub hac nulla appareant abſcondita reliqua vaſa. Sed ablato deinde peri-

[A] Pag. 59.

ritonaeo, atque trunco aortae et vmbilicalis arteriae communi ad latus ſiniſtrum inclinato (n), conſpicitur ramus inſignis, qui oritur ex eodem ad ſecundam lumborum vertebram inferiorem a parte perfecte poſtica (o).

n Ibid. Fig. 2. A K.
o Ibid. F.

Hic deſcendens ſub eodem, compenſat ad partes inferiores diſtributionem ramorum ex aorta. Breuiſſimo etenim trunco ſuo (p), qui quadruplo minoris diametri eſt, quam a qua tegitur, continuatio aortae in vmbilicalem arteriam (q), ſuperſcandens a latere dextro venam cauam (r), deinde ſe iuxta eandem inſinuat, et a latere huius dextro cum hac, ſupra mediam partem corporis ſecundae vertebrae decurrit inferiora verſus; vbi mox finditur, ad ſupremam peluim, in duas arterias, iliacis ſimillimas (s); quarum vtrinque vna, ſupra muſculum pſoam, per latera peluis, ad crus tendit, atque oſſibus, ligamentis, perioſtio, muſculis, et integumentis, vaſa ſuppeditat, in ramos et ramulos ſenſim diuiſa.

p Ibid. F G.
q Ibid. A K.
r Ibid. δ ε.
s Ibid. G H. G I.

Trunculus, qui vera aorta deſcendens eſt, dat ramulum vtrinque ad interuallum, quod vertebram inter lumborum penultimam et vltimam eſt, arterias nempe lumbares (t) infimas. Ad ipſam vero dichotomiam trunci in iliacas arterias proſilit ramus recte deſcendens, quae arteria ſacra videtur in minores ramulos per peluim diuiſa (v).

t Ibid. q q.
v Ibid. L.

Vena caua, quam anatomice ex trunco in ramos deſcribo, orta ex cordis ſinu anteriore, in tranſitu per diaphragma, accipit venam diaphragmaticam, ex duplici, mox ante inſertionem, in vnam confluentem. Poſt hepar in abdomen deſcendens dat ſuo loco venam emulgentem ſiniſtram, quae poſt arteriam recta ad renem tendit (a), vti illa, per ſuperficiem eius in ramos diſperſa (b), neque

a Ibid. Fig. 1. P.
b Ibid. p p.

neque ſuperata aorta a latere dextro, ante emulgentem arteriam, vt ſolet, procedit. Ad ipſum ortum emulgentis venam dat oblique cum arteria ad renem ſuccenturiatum adſcendentem (c). Vena emulgens dextra, cum arteria et rene, deſideratur. Ex vena emulgente ſiniſtra oritur vena ſpermatica ſiniſtra, poſtquam haec iam renem ad diſtantiam ſuperſcandit (d) quae inde cum arteria iuncta per telam celluloſam deorſum tendit (e). Vena ſpermatica dextra ex ipſa vena caua emergit, et quidem, vti arteria eiusdem lateris, ortu oppoſito emerſioni venae emulgentis ſiniſtrae (f). Truncus autem venae cauae, iuxta ramum arterioſum, qui inſignis ipſa aorta deſcendens eſt, a latere huius interno, et cum hoc, per lumbos pergit (g), et in ima pelui, vbi arteria diuergit, infra hanc in venas iliacas abit, quae comites arteriis ad crus tendunt (h). Ad dichotomiam venae in iliacas, proſilit itidem ramus inſignis (x), quae vena ſacra media videtur, et cito in ramulos diſperſa, partibus peluis proſpicit.

c Ibid. a.
d Ibid. S.
e Ibid. S I.
f Ibid. T.
g Ibid. Fig. 2 δ ε.
h Ibid. ζ η.
i Ibid. θ.

Venae azygos ortus, decurſus, et inſertio, in hac Infante, fuit naturalis; cum in priore eius abſentiam compenſat ramus inſignis, ex vena caua ipſa ortus ad partem eiusdem poſteriorem, vbi haec aortam ſuperſcandit; qui poſt ortum in duos ramos diuiſus, ſuperato pectore, in eius ſuprema parte iterum iunctus, ſubclauiae venae deinde inſertus, recipiendo vaſa intercoſtalia, munere azygos ibidem fungebatur [A].

Venae hae omnes aeque, quam arteriae, vti ex deſcriptione comparata facile apparet, in hac et priore Infante, ſatis inter ſe ſimillimae conueniunt. Eſt tamen

 ex

[A] Prioris Hiſtoriae Tab. XIII. κ λ μ ν ξ.

ex hac communi arteria progreſſus rami poſterioris longe inferior.

Foetus iterum intus conſpicitur pertinere ad ſexum foemininum, licet minime perfectus: vt etenim externe nulla notantur pudenda, ita genitalia interne mutilata, et quaſi truncata, deficiunt. Caeterum cum iis, quae in priori Infante examinaui et deſcripſi, quam pulchre conueniunt in omnibus. Adſunt nempe Ouaria (a), et conſpiciuntur Tubae Fallopianae cum adnexis ad extrema ſua fimbriis, quae ornamenta foliacea vulgo dicuntur (b). Haec integerrima cuncta ſunt et naturali ſuo loco ad infimos lumbos diſpoſita: intra cauum abdominis libera haerent, poſtquam peritonaeum more conſueto a poſteriori parte intrarunt, et inuoluta eiusdem proceſſibus ambientibus nectuntur inter ſe (c), diſpoſita in latere vtroque eleuata. Tuba tamen Fallopiana ſiniſtra parte ſua dimidia ſuperiore multum dilatatur et quodamamodo figura ſua errat. Procedunt ad ouaria ſpermaticae arteriae et venae, ſuo naturali loco ortae, ſuo naturali loco inſertae. Tubis autem Fallopianis, vbi caeterum infra anguſtantur, et anguſtatae ad fundum vteri tendunt, leuis vtrinque apponitur tuberculus (d) noduli inſtar, ſed mollis, membranaceus, in quem videntur ſingulae deſinere. Iunguntur autem hi noduli inter ſe, tenui membranacea chordula (e), quae tenſa ſub peritonaeo transuerſa decurrit, ab eodem ſuccincta, et aortae continuationem in arteriam vmbilicalem ſuperſcandit (f). Quo vero loco noduli hi membranacei ſub tubis Fallopianis inflectuntur, ibidem ligamenta (g), vteri rotundis ſimillima, ſub peritonaeo, illi more ſolito inuoluta, procedunt, atque eo relicto, per telam celluloſam

a Tab. XI. 1. 6.
b Ibid. 2. 3. 7. 8.
c Ibid. 5. 10.
d Ibid. 4. 9.
e Ibid. 11. 11.
f Ibid. 12.
g Ibid. 13. 13.

ſam pergunt ad annulos muſculorum abdominalium, quos tranſeunt. Vterus vero adeſt nullus, neque veſtigium vaginae aut veſicae vrinariae conſpicitur. Flatus intra foliaceum dictum ornamentum, per aperturam tubae vtrinque immiſſus, has extendit cauas: tranſit libere ad nodulum vsque, nec vlterius progreditur, aut hunc inflat: neque apparet commercium vllum inter vtrumque nodulum vel tubam per chordulam nectentem, quidquid in his tentauerim, dum partes abdomine continebantur, vel quidquid in iisdem exemtis anxie poſtea inquiſiuerim.

Ren ſiniſter in lumbis ſub peritonaeo conſpicuus eſt; atque ab eodem ambiente ſuccingitur; ſed aberrat a figura: praeterquam etenim, quod non diuerſis, ſibi appoſitis, fruſtulis, vti ſolet in foetu, protuberat, multum compreſſus formam phaſeoli prae ſe fert (a). Neque exſcinditur in lunulam, quam in media renis ſani longitudine internam vaſa ingrediuntur, et ex qua exeunt. Vena interim emulgens aeque, quam arteria, tenuis non intrat [vti in harum hiſtoria iam monui] ipſam renis ſubſtantiam trunco ſuo, ſed diſſilit vtraque ſtatim poſt acceſſum ad renem in ramos duos notabiles, qui iterum in ramos minores, et hi in minimos. Diſperguntur hi rami primo per renis ſuperficiem exteriorem, inferiorem aeque, quam ſuperiorem, et deinde in internam eiusdem ſubſtantiam penetrant. Vreteris ex rene nullus apparet exitus, vel eiusdem ſub peritonaeo progreſſus: neque in rene exemto, aperto, atque rite examinato, vlla apparuit conſueta fabrica: nullae quippe obſeruatae ſunt papillae vel cauum peluis, in quod illae ſe exonerant. Sed eſt ſubſtantia, ad nudum et armatum oculum, quaſi vaſculis

a Ibid. K.

intertextis homogenea, fere vt caro glandulofa recens obſeruatur, ſed parum mollior. Nullum etiam in dextro latere apparuit renis ſuccenturiati veſtigium. Sed fuit hic
b Ibid. Q. ſiniſtro reni figura naturalis (b) appoſitus, ramum inſignem recipiens ex arteria emulgente, mox poſt huius ortum
c Ibid. f. (c), venulam vero ex ipſa caua (d).
d Ibid. a. Haec eſt deſcriptio partium, quae in abdomine et pelui praeternaturales et mutilatae notantur. In encephalo, ſicuti prius in thorace, anxie examinatae, aeque partes continentes, quam contenta viſcera et vaſa, fuere iuxta naturam conſtituta omnia; vt praeternaturalia ſola deformata fuerint abdomen et pars corporis inferior: cum in priore Infante, in pectore vena azygos aberret a ſolito ortu et decurſu: coſtae ambae ſuperiores truncentur: tertia et quarta coſta in vtroque latere ad partem poſteriorem concreſcant: et ſternum ſupra deformatum, a latere dextro ſex modo coſtarum cartilagines articulo recipiat.

Patet ex Hiſtoria anatomica, foetum hunc, vti et prior erat, perfectum fuiſſe hominem: ſed Naturam, in producendo inferiora nimis auaram, partes iterum compresſas mutilaſſe, atque ita harum figuram in quibusdam immutaſſe. Vropoieſis imperfecta fuit, abſentia veſicae vrinariae, renis dextri, vreterum, et fabrica informi renis ſiniſtri. Chylopoieſis bona fuit, niſi quod inhibita fuerit euacuatio faecum, ab eadem ſuperſtitum, exitu per anum abſentem iisdem negato. In cholopoieſi nullum deprehendo vitium: neque in ſpermatopoieſi, interim ad conceptum plane inepta fuit fabrica, vteri ipſius et vaginae, eiusque per pudenda aperturae, defectu.

EPILOGVS

EPILOGVS.

Vti in rerum vniuerſa Natura, ita et in productione foetus monſtroſi, patet, quam oritur ex cauſa eadem effectus ſimilis. Preſſio, compreſſio, inuerſio, applicatio, concretio, in partibus eadem, minuit, intorquet, applicat, glutinat, mutilat, confluere, concreſcere facit, cartilagines, oſſa, perichondrium, perioſtium, ligamenta, muſculos, tendines, vaſa, viſcera, membranas, integumenta, modo ſimili et ratione plane conueniente, in binis foetubus examinatis. Exhibet hoc et firmat comparatio omnium, et ſingulae cuiusque, partium in vtroque; huius ſcilicet et illius, cuius antea dedi hiſtoriam Anatomicam. Notabiles enim recenſitae differentiae inter vtramque Infantem, maioris momenti non ſunt, quam quotidie easdem inter optime conſtituta et perfectiſſime conformata corpora, vti ad habitum externum deprehendimus, ita ad figuram internam notamus. Haec omnia in genere, magis vero in peculiari generis ſpecie, inter ſe quidem conueniunt, non tamen in binis obiectis ab omni parte obſeruantur inter ſe ſimillima, eademque perfecte. Hoc, vti in Homine, in quibusuis animalibus, a maximis vsque ad inſecta minima, ita obtinet in vegetabilibus, mineralibus, et horum partibus. Dubitas? Tenta, et conuictus abibis, eiusdem ſpeciei ſemel inuenire plantas binas, quae omni dote omnino inter ſe plane conueniunt. Dicam maius. Tenta ex millenis, quae ad eandem claſſem

vege-

vegetabilium pertinent, bina colligere folia, in quibus nulla omnino obſeruatur differentia. Tenta idem peragere in fructu, ſemine, cortice, aliisque conſtituentibus: miraberis hercule! fruſtra omnem adhibitam indaginem. Auivm oua, quorum ſimilitudo in prouerbium abiit, ſi millena colliguntur, non dabunt ex his iterum electa duo, quae inter ſe nullo modo diſtinguuntur. Neque minerarum venae, per matricem plane ſimilem, ſemper eodem intortu decurrunt. Hominum forſitan, a prima mundi origine in hunc diem, par non exſtitit, in quo ſine vlla differentia ſimilitudo obtinuit. Docet hoc ad habitum externum obſeruatio quotidiana; affirmat idem, ad internum, crebra et attenta cadauerum apertura. Hac in re infinitam ſummi NVMINIS obſtupeſcimus ſapientiam, dum tot diuerſa creatorum genera extra ſe conſtituens, diuiſa in ſpecies innumeras, vnicuique exemplari diſtinctum aliquid adſignare inſuper voluerit, quo a ſibi ſimillimo ſingulare iterum notatur.

Quae res in omnibus cum ita ſeſe habeat, non miramur, in eiusdem ſpeciei monſtris obſeruari itidem peculiaria, quibus a ſibi ſimillimis attento diſtinguuntur. Scripſi [A], et obſeruo in foetubus monſtroſis, qui ad eandem claſſem pertinent, miram partium analogiam. Addo, id aeque obtinere, vti in homine, ita in aliis animalibus. Vidi pullos, et ſeruo, quadrupedes, quorum bina poſteriora crura, ſimiliter iuncta, modo perfecte eodem articulantur cum oſſe coccygis. Bicorporeos vno capite donatos et habeo, et vidi apud Alios, qui in genere per ſimilem modum concreſcunt. Foetus caninus eſt in theſauro meo vno capite inſtructus, ſed binis corporibus coalitus, qua-

lem

[A] Hiſtoriae Anatomicae primae pag. 86.

lem alio loco vidiſſe, memini, eodem modo concretum [B]. Eſt in omnibus his, ſi inter ſe comparantur, aliquid ſemper obſeruandum diſtinctum, quod puto adſcribendum eſſe effectui cauſae ſimilis quidem, ſed energia actionis, vel methodo operandi eadem quidem, at vero aucta vel imminuta virtute, variantis.

Quaenam interim haec cauſa ſit, quae in vtroque examinato foetu, per ſimilem modum, eundem effectum produxit, nec vacat, nec lubet inquirere, ne multis, iisque valde incertis, coniecturis infirmas hypotheſes defendam; quae tot tantasque lites effecerunt et diſputationes, inter Viros magnos, qui, vtcunque ſubtiles, nimis tamen videntur alte velle ſapere in re ardua, dum Lyncei in denſiſſimis tenebris verſari cupiunt. Talis quippe eſt craſſiſſima obſcuritas, vti in tota generationis hiſtoria, ita in productione deformatorum corporum animalium inprimis, quae monſtra dicuntur. Neque haec tam facile comparanda et componenda eſt ſemper cum vegetabilium lapidumue aberrante a naturali conformatione: quae nec in his, omni caſu, tuto adeo explicatur. Cauſam, quae partes in corpuſculo tenerrimo cuiuscunque animalis ante natiuitatem premit, comprimit, deformat, easdemque contractas, mutilatas, vel concretas, reddit, non vnam ſemper eandemque eſſe, vel inde facile patere, puto; quod contemplemur tantam monſtrorum varietatem, ex ipſius agentis effectu ludentem. Errant ideo, meo iudicio, qui cauſam hanc ſimplicem defendunt. Naſcuntur ex parentibus

L

[B] Eſt feli monſtroſae ſimilis, cuius eſt figura in Philoſophical Tranſactions Vol. XV. 1685, Auguſt 22.

tibus iisdem, ante et poſt monſtroſum foetum, ſani et bene formati infantes: cauſa itaque deformans eſt accidentalis et fortuita, non vna ergo in omni caſu omnino. Imo vero totius operantis Naturae effectus, dum quotidie placidi et attenti contemplamur et admiramur, non ſimplicem adeo eandem obſeruamus, ac quidem in agendi ſua methodo illam multi Philoſophi extollunt.

Mitto igitur cauſam, ſi non indagatu impoſſibilem, ſaltem difficillimam, ad concluſionem vero incertam ſemper; potius inquiſiturus in ipſam methodum, ex effectu planam et aperte patulam, qua partes ſolidiores a ſtatu naturali in informem figuram ſenſim degenerant, atque, quae molliores iisdem adhaerent, vel inter has continentur, certa modo deformantur: vt quidem, quales hae ſunt, exſiſtere neceſſario debeant. Talis conſideratio docuit, comparando, in binis his foetubus, inter ſe horum partes informes, futurum iterum effectum in aliis eundem, quoties cauſa ſimilis operatur. Inde in votis mihi nihil prius eſt, quam, vt natus quandoquidem foetus, qualis hi bini deformati ſunt, informis, cadat in cuiusdam manus, cui volupe eſt, qua ego inquiſiui, eadem cura anxie perquirere omnia et minima: qua in re certe longe erit ſequi, quam praeire, facilius, data nempe via, et incedendi demonſtrata ſemel plana methodo.

Haec autem indagatio fiet maxime concinna ſemper, conſiderando, ante omnia, oſſium a ſtatu naturali degenerationem. Haec etenim et robur et fulcrum praebent partibus, quae molliores circumiacent; haec receptacula formant tenerioribus, quas inter ſe continent, quas defendunt, atque preſſione ſua fingunt, formant, et deformant.

Viſo

Viſo autem, qua ratione peluis deformatur, reliquarum partium ſponte ſequitur anomala figura.

Peluis conſtat oſſe ſacro cum coccyge continua iuncto, et oſſibus coxarum, ambitum patulum determinantibus [C]. Os coxarum dextrum et ſiniſtrum, ſimplex in advlto [D], conſtat in iunioribus tribus diſtinctis partibus, oſſe nempe ilium [E], iſchii [F], et pubis [G]: quae in acetabulo confluunt [H]. Os ſacrum ſuprema ſua parte latius, ſenſim ad inferiora cuneiforme contrahitur [I], atque inter bina oſſa ilium [K] infigitur commiſſum cum lata horum ſuperficie, quae ſcabra prominet in parte interna ſuperiore et anteriore [L], ipſum ad latera planum et ſcabrum [M]. Firmat hanc commiſſuram ligamentum validiſſimum, quod ex toto ambitu lateris oſſis ſacri procedens, margini ſuperficiei prominentis in oſſe ilium cir-

L 2 cum-

[C] Veſalius C. H. Fabr. Lib. I. Cap. XLI. In tribus ſceleti Figuris M N Θ. Euſtachius Tab. XLIII Φ. 28. 31. 32. 33. confer Tab. XLIV. XLV. Albinus in tribus ſceleti Tabulis.

[D] Veſalius Ibid. Cap. XXIX. Fig. 1. 2. 3. Albinus oſſium Human. Tab. XXIII. a b c.

[E] Albinus Icon oſſi Foet. Human. Fig. 67. 68. a. Human. oſtegeny by Robert Nesbitt. PL. V. Fig. 1. a.

[F] Albinus Ibid. b. Nesbitt Ibid. c.

[G] Albinus Ibid. c. Nesbitt Ibid. b.

[H] Albinus Ibid. Fig. 67. k l m n o. Nesbitt Ibid. g.

[I] Veſalius Ibid. Cap. XVIII. Fig. 1. 2. Albinus oſſium Human. Tab. VII. Fig. 1. 2. 3.

[K] Veſalius Ibid. Cap. XLI. M Θ N. Albinus in tribus ſceleti figuris.

[L] Veſalius Ibid. Cap. XXIX. Fig. 3 A B F H. Albinus oſſium Human. Tab. XXIII. Fig. 3. 4. f g.

[M] Veſalius Ibid. Cap. XVIII. Fig. 2. O P Q. Albinus oſſium Human. Tab. VII. Fig. 3. l. m.

cumcreſcit [N]. Extra hanc commiſſuram os ilium ad poſteriora procedit, parum reclinatum extrorſum, craſſum, ſcabrum, locum parans initio tendineo muſculi ſacrolumbalis et longiſſimi dorſi [O] communi.

Pars oſſis ilium inferior contracta, ſed craſſa, conſtituit fornicem ſuperiorem acetabuli infra ſe poſiti [P], cuius pars anterior lateralis et inferior perficitur ab oſſe pubis; quod initio anguſtiore quodammodo orbiculare eſt, atque, ad priora inſigniter lateſcens, reflectitur ambitu incuruo latoque [Q]. Partem vero poſteriorem et eiusdem lateralem efficit os iſchium, intrinſecus modice cauum, quod ſub acetabulo parum deorſum, retrorſum, leuiterque extrorſum incuruum, procedens [R], tubera iſchiorum vtrinque [S] format. Tubera haec anguſta, ſed craſſa et valida, dum antrorſum pergunt, ductu arcuato ſenſim adſcendendo, abeunt in os tenue, ab vtraque ſuperficie planum, et deinde cum oſſe pubis confluunt [T]. Planum hoc os, in foetu recens nato, et diu poſtea, totum cartilagineum eſt, os

---

[N] Winslow expoſition Anatomique de la ſtructure du Corps humain Traité des os ſecs §. 515. 586. Weitbrecht ſyndesmologiae Fig. 52. h. h.

[O] Veſalius Ibid. Cap. XXIX. Fig. 3. H Q. Albinus oſſium Human. Tab. XXIII. Fig. 3. 4. 5.

[P] Albinus Icon oſſi. foet. Human. Fig. 67. g g.

[Q] Albinus Ibid. Fig. 67. 68. c c. Nesbitt. loc. cit. pl. V. Fig. 1. b.

[R] Albinus Ibid. b b. Nesbitt Ibid. c.

[S] Albinus Ibid. Fig. 67. n. 68. k. oſſium Human Tab. XXIII. Fig. 1. 2. l. Veſalius Ibid. Cap. XXIX. Fig. 1. 2. l.

[T] Veſalius Ibid. k l m n o p q. Albinus oſſium Human. Tab. XXIII. b l. m c c.

os iſchium cum oſſe pubis iungens [U]: vti cartilaginea eſt, et diu manet, illa pars, quae inter haec oſſa media interiecta [V], eadem ſuſtinet et iungit, aetate concreta cum illis in ſimplex et vnum os continuum. Ex tali coniunctione oſſium coxarum ad partem poſteriorem cum oſſe ſacro, cui coccyx continua eſt, ad anteriorem per oſſa pubis, deinde ab ambitu horum ad latera et priora, peluis formatur ampla et capax, quae corporis truncum ſuſtinet, pedibus ſuffulta. Capacitas haec, quam in Viro, eſt in Foemina amplior, atque hiatu ſuo ſurſum et deorſum magis patet. In hac etenim os ſacrum latius et rectius cum coccyge rectiore continuum eſt, atque oſſa ilium ampliora et magis caua reſupinantur: iſchia vero plus tendunt tuberibus ſuis extrorſum, atque oſſa tenuia, ex illis ad pubem procedentia, iunguntur cum eiusdem oſſibus, per angulum magis rectum: pubis autem oſſa in parte priore, plus a ſe inuicem diſtant, cartilagine craſſiore et latiore coniuncta. Habet haec amplitudo vſum ad partes continendas, ad easdem tempore grauiditatis, totoque geſtationis decurſu, ſuſtinendas: ad foetum commode partu emittendum, natumque vlnis ſuſtinendum. Fit ab hac amplitudine trunci corporis inferiore, quod mulier facilius prae mare ferat, et longe diutius perferat, aquas in cauum abdominis effuſas et collectas.

Partes has, quae prima aetate diſtinctae, tempore deinde in vnum os concreſcunt, vidi in ſenio vera anchy-

 loſi

[U] Albinus Icon. oſſi. foet. Human. Fig. 67. nmo. Fig. 68. lik. Nesbitt. loc. cit. pl. V. Fig. 1. f.

[V] Albinus Ibid. Fig. 67. deefggh. Fig. 68. fgh. Nesbitt loc. cit. pl. V. Fig. 2.

loſi inter ſe coalitas omnes. In foetu autem maturo, partim oſſeae, partim cartilagineae, ſunt [W]. In parvulis totae ſunt cartilagineae et molles, quarum in medio granulum oſſeum indureſcit, ex quo ſenſim increſcendo ſolideſcunt [X]. In puſillis cartilago haec vix conſiſtit, ſed gelatinoſa tabeſcit, et, niſi aequali aquae preſſione ſuſtentatur, diffluit, reddita increſcendo firmior et magis opaca.

Quoties igitur cauſa certa [ſit illa qualiscunque] praecipuas coxarum partes, oſſa nempe ilium, teneras ita ſenſim premit, vt ex loco et coniunctione naturali paulatim reflexa extrorſum, lateribus ſuis poſticis ad poſteriora in plano concurrant; atque deinde, cauſa pergente eadem, oſſa haec ita ad ſe inuicem compinguntur, vt lateribus iisdem, ſe inuicem tangentibus, coëant et confluant: os ſacrum, qua parte inter haec infixum intercipitur, ſi plus reſiſtit, commoliri debet, quaque altiori parte eminet extra commiſſuram, deformari. Si vero os idem cedere ſciat, ex eorundem acceſſu, congreſſu, et concretione, extruſum, debet neceſſario reflecti, et quidem ad poſteriora. Hoc docet ſpeculatio coniunctionis oſſis ſacri cum lateribus poſticis et ſuperioribus oſſium ilium, infra quae ad poſteriora reflectitur et prominet [Y]. Prior caſus obtinuit in illa Infante, cuius oſſa ilium inde concreta ſunt in vnum os continuum, limbo cartilagineo integro etiam ſuperius cinctum, ſublata nempe repreſſione oſſis ſacri parte ſua infima cum coccyge aboliti. Alter caſus obtinet in

[W] Albinus et Nesbitt. Loc. et Fig. citatis.
[X] Albinus Ibid. Fig. 69. Nesbitt. loc. cit. pl. V. Fig. 3. 4.
[Y] Albinus ſcelet. Tab. III. N O P Q R.

in hac Infante, vbi os ſacrum mole et figura integrum, reflexum, vna cum tota dorſi ſpina, oſſibus concreſcendis reſiſtens, haec preſſit, ſeſe inter eadem inſinuans, adeoque totum horum coalitum a parte ſuprema impediuit: quare et vtriusque oſſis ilium limbus, ambiens hoc cartilagineus, manſit ab altero diſtinctus. Inde orta eſt lunula in parte ſcuti oſſei ſuprema exſciſſa. Dum vero oſſa ilium, ita latere ſuo poſteriore reflexa, in plano coëunt, ſuperficies horum laterales poſteriores, interiores, quibuscum ſcabris os ſacrum per latera ſua inaequalia committitur, vna cum ea parte, quae extra hanc commiſſuram ab oſſe ilium a poſteriore prominet, fiunt anteriores et mediae in ſcuto oſſeo medio ſuperiore. Dumque ad priora inuertuntur, ſimul parum deprimuntur, atque ita partes laterales oſſis ſacri ſuperiores, cum quibus adhuc cartilagineis per validiſſima ligamenta connectuntur, deorſum trahunt, et easdem ad anteriora et interiora diſponunt, remanente ſymphyſi oſſis ſacri cum oſſibus ilium, vti prius, integra. Ab hac diſpoſitione, et a preſſione ſimul oſſis ilium, partes hae molliores cartilagineae complicantur. Interim partes oſſis ſacri, ita tractae, maxime reſiſtunt, et oſſa ilium, dum ab iis trahuntur, ſua vice illas retrahunt. Inde, et ab introitu oſſis vnius in alterum, deinde et ab horum compactu, eleuatur ſpina alta et craſſa, quae, in ſcuto interno media oſſea, deſcendens lateſcit ſenſim, oſſibus ilium per latera poſtica concretis. Fit et inde, quod, inflexi oſſis ſacri parte ſuperiore tracta oblique deorſum et introrſum, pars eiusdem inferior magis eleuetur, et a lunula in ſcuto oſſeo ſuperiore leuiter introrſum recedat.

Dum

Dum ita in coxis oſſa ilium reflectuntur, coëunt, et concreſcunt, eandem inuerſionem et coalitum ſequuntur neceſſario iſchii et pubis oſſa. Hinc cartilago, quae in bene formato maturo foetu, horum primordia, iis interiecta, iungit [Z], a parte ſua interna ſiue poſtica cum oppoſitae cartilaginis latere interno ſiue poſtico iuncta, et in vnam concreta, in hoc foetu neceſſario efficit iſtam cartilaginem craſſam quadratam, in antica ſua parte rotundam et prominentem, qualis huic ſimillima etiam apparuit in priore Infante. Cartilago haec itaque eſt naturaliter continua ſpinae oſſeae, in medio ſcuto eleuatae, quippe quae parte ſua ſuperiore, partem inferiorem contractam oſſis ilium ſuſtinet. Vtque haec ex duobus oſſibus ilium inferioribus eleuatur adunata, ita illa ex duabus cartilaginibus concreſcit. Et hinc eadem cartilago, parte ſua externa anteriore, naturaliter oſſa pubis ſuſtinet: quae inde ad priora procedentia, incurua iunguntur per cartilaginem minorem. Haec autem informis confluit ex iſtis partibus, in foetu cartilagineis, quae tenues et vtrinque planae, tubera iſchii efficiunt, eiusque partem oſſeam cum parte oſſea pubis coniungunt a latere inferiore, deinde ex ſynchondroſi, quae oſſibus pubis naturaliter interiecta, eadem a parte anteriore ligat. Docet haec omnia eleganter comparatio et contemplatio partium, quae rite in coxa conformantur. Etenim ſi os integrum coxae, dextrum et ſiniſtrum, in foetu maturo, iuxta altitudinem, diuiditur vtrumque, vt linea ab apice ſupremo limbi cartilaginei [quae media dimidia eiusdem pars eſt] os ilium cingen-

[Z] Albinus Icon. oſſi. foet. Human. Fig. 68. f g h.

cingentis, per medium os ilium, et per cartilaginem huic et iſchii pubiſque oſſibus interiectam, deinde per cartilaginem, quae inferior oſſeam partem iſchii et pubis coniungit, recta tranſeat, adeoque foramen coxae magnum ſimul diuidat: ſi ſecundo, quae a diuiſione hac eſt coxae integrae pars poſterior, tota ab vtraque eadem auſertur: tertio, quae iam vtriuſque ſupereſt pars anterior, latere ſuo medio diuiſo interno cum altera parte iungitur: habetur fere illa figura, quae eſt oſſibus ilium et peluis concretis in hac inprimis, vti et in altera, Infante ſatis ſimilis. Elucidat hoc pulchre figura, ex ita diuiſis et deinde coniunctis oſſibus conflata, vti tabula ſexta, ab exteriore et interiore parte, haec exhibetur [AA]: in qua tamen monendum eſt, quod partes inferiores ſiue anteriores, ſub ſuperiori ſcuto ex oſſibus ilium concreto, ponuntur omnes rectae, dum contra eaedem in vtraque hac Infante flectuntur antrorſum ab hoc ſcuto ad angulum internum recto maiorem, pube ad priora ſimul eleuata. Conſiderandum praeterea eſt, quod pars, quae poſterior dimidia ablata eſt de coxa vtraque, adſit in ſcuto oſſeo et in pelui vtriuſque Infantis deformata, ſed compreſſa, et introitu vnius in alteram compacta et concreta, vt quidem plus amittatur de extenſione partium et ſpatio occupato, quam de illarum ſubſtantia. Et illae partes, quae laterales et anteriores ſunt in iſchio et pube, preſſae multum comprimuntur, eleuantur, intorquentur, et ad ſe inuicem anguſtae adducuntur: hinc re vera in cartilaginem anteriorem tubera iſchii et ſynchondroſis oſſium pubis, confluendo, concreſcunt

M

[AA] Tabulae ſextae Figura 2. 3. comparanda cum Tabulae III. Fig 3. et 4.

ſcunt. Affirmat hoc ipſe muſculorum ortus ab his partibus vbique naturalis, vti in ſemitendinoſis, ſemimembranoſis, gracili, adductore femoris longo et magno, evidentiſſime apparet. In priore Infante memoratae hae partes plus a naturali figura omnes aberrant: ſunt tamen et his ſimillimae, et ſimilem praebent naturalem muſculis ortum. Tribuendum illud puto cauſae, minus aequaliter, forſitan et magis valide, prementi.

Cum ita os ilium vtrumque reprimitur, deinde in plano ad poſteriora comprimitur et ibidem concreſcit: cumque ſimul iſchia et pubes, et inprimis ea cartilago, quae maxima et ſuperior his interiecta eſt, ad anteriora reflectuntur fere ad angulum rectum, et ſimul eleuantur; neceſſario acetabulum, quod vtrinque in hac cartilagine eſt, ſimul ad poſteriora ſenſim reclinatur, atque in eadem elevata et antrorſum reflexa, ad inferiora reponitur eleuatum ipſum. Vtroque vero acetabulo, per latus ſuum quodque externum ſiue poſticum, alteri obuio et confluente, naſcitur inde vnicum oblongum, quodammodo quadrilaterum, acetabulum, haud valde profundum, remanente latere cuiuſque anteriore externo integro. Inde praecipuum initium tendineum et tenue muſculi recti cruris eſt a prominente tuberculo, deinde a latere huic proximo, acetabuli naturale. Dum vero ita acetabula in vnum confluunt, et pars vtriusque dimidia poſterior, iam media, cum oppoſita quaſi deletur, ligamentum, quod teres vulgo dictum, dextrum et ſiniſtrum ex fundo ſui quoque acetabuli oritur, ad principium ſuum peſſumdatur; abolita, ad alterum eius extremum, inſertione in capitis globoſi oſſis femoris ſinum per vtriusque huius in vnum concretionem. Ligamentum

hoc

hoc inde deſideratur in Infante vtraque. Et ab hac cauſa, in Infante priore, capſa membranoſa, quae ex margine acetabuli prouenieus caput oſſis femoris amplectitur eiusdemque ceruici accreſcit, deſtruitur: in hac vero eadem a ſiniſtra parte elongata dextrorſum, vna cum capite oſſis femoris, extra acetabulum commune dislocatur.

Cum acetabulo, ſuo quodque in latere, os femoris primo extrorſum, deinde per exteriora, rotatur retrorſum, atque alteri per latus ſuum externum, ſub peluis parte inferiore, obuium eſt. Iunguntur, parte externa vnius parti externae alterius perfecte reſpondente: deinde hac ratione concreſcunt. Concretorum oſſium femoris pars ſuperior longe gracilior eſt, caputque globoſum multo minus habet, quam hoc in vno alias naturale eſt. Pars huius inferior, concretum ex duobus femur, et condylum tertium medium, ex binis externis, qui internis naturaliter minores ſunt [BB], coalitum, facile exhibet; iuxta datam figuram et deſcriptionem harum partium.

Cum femoribus patella et crus vtrumque rotata ad poſteriora, deinde inuerſa, concreſcunt omnia a parte ſua exteriore. Deletis autem fibulis et pede integro vtroque in tenue et gracile os vnicum, binae tibiae acute coeunt.

Concretionem et inuerſionem oſſium perbelle ſequuntur muſculi; quorum inde ortus, decurſus, et inſertio, ſunt, et manent, naturales. Integri ergo obſeruantur, qui in interiore femoris vtriuſque latere locantur: delentur mul-

 ti,

[BB Veſalius Loc. citat. Cap. XXX. Fig. 1. et 2. E F. Albinus oſſium Human. Tab. XXIV. a b c.

ti, qui in exteriore ponuntur: ſunt concreti, vti concreſcunt oſſa, qui in ſemore, in crure, ad coxas, et ad lumbos extremos, horum coalitui apponuntur. Alii etiam truncantur. Haec in illorum hiſtoria apparuerunt.

Suſpicatus hanc inuerſionis et concretionis methodum in oſſibus et muſculis prioris Infantis, veroſimillimam quidem, ſed dubiam, poſui in eiusdem hiſtoria, haeſitans de concluſione incertus [CC]. Iam vero, alterius huius examine edoctus, firmus reſpondeo, quod in illa obtinuerit vera talis eademque deformatio, qualem mox in hac memoraui. Inde euenit, quod, deleta capaciſſimae peluis cauitate eiusque ambitu anteriore et laterali, omnes iſtae partes euanuerint, quae in puellae corpuſculo iisdem naturales continentur: quae vero, ab hac compreſſione et deletione liberae, altius in cauo abdomine, ſupra peluim, locantur, ſint deformatae in figuram ſimili modo anomalam. Hinc eadem eſt chordula exporrecta ſupra aortam in arteriam vmbilicalem continuam, quae ſimiles nodulos iungit tubis Fallopianis extremis appoſitos, quae cum ouariis integris naturales figura ſua conſtant. Et videtur abſentia veſicae vrinariae deperditae mutilaſſe, deinde deleviſſe, vreteres: forſitan et hinc deſideratur ren dexter cum capſula atrabiliaria ſui lateris, et ren ſiniſter figura ſua aberrat a ſtatu naturali [DD]. Certe abolitae peluis cauitas

[CC] Pag. 81. 82. 83.

[DD] In latere dextro glandula reni incumbens, quam capſulam atrabiliariam ſiue renem ſuccenturiatum vocant, defuit in Infante maſculino quinto a natiuitate menſe tabe pulmonali extincto. In latere ſiniſtro eadem glandula naturalis reni incubuit, accipiens ex aortae latere ſiniſtro duos inſignes ramos arterioſos ſupra ſe inuicem et proxime ortos: horum maior et inſignior, qui ſuperior, eſt: tertius

cauitas cauſa eſt inteſtini recti in anum aperti abſentiae, atque mirum in modum mutati extremi inteſtini coli. Videtur etiam, ex nata ad inferiora anguſtatione atque reſiſtentia, mirum exortum eſſe aortae in arteriam vnicam vmbilicalem progreſſum. Imo vero non abiicienda forſan videtur ſpeculatio, an non, a retortis oſſibus, ab extenſis mollibus, et a concreta pelui, abdomine adeo notabile anguſtato et compreſſo, dum deletur veſica vrinaria, ambae arteriae vmbilicales, proxime ad ſe inuicem accedentes, ſint concretae in vnam rectam arteriam maiorem. An potius, vna harum per mox memoratas cauſas deleta, quae ſupereſt, altera ſit recta facta aortae continua a directione et impetu ſanguinis, a corde ad vmbilicum, et per hunc ad placentam, delati. Dubito interim, an talis haec exſtiterit, dum in vtero ſuo functa eſt munere, qualis, poſt partum ad mortem vsque, ligata et abſciſſa inuenitur, et quidem ob rationes easdem, quas in prioris Infantis hiſtoria [DD] memoraui. Vixiſſe enim hanc, et diutius forſitan, quam prior, vt obſeruata ſigna [EE] exhibent, declarat inſuper exſiccatio ipſius vmbilici, vti, poſt ligaturam delapſa parte anteriore, illa, quae reſtat, quandoquidem pars notatur [FF].

ramus, prioribus magis puſillus, tendit ad hanc ex emulgente arteria dextra. Vena redit vnica inſignis in cauam. In dextro aortae latere, et in arteria emulgente dextra, nullum rami orientis fuit indicium; vti nec in vena caua. Ren dexter ſiniſtro minor, breuior, et altius locatur. Nihil fefellit in ſubtili inquiſitione: vaſa harum partium omnia optimo ſucceſſu nuper impleui materia penetrantiſſima, diſtincte ſubſiſtente: et ita ab adhaerentibus liberatatas has cum iis, quae generationi inſeruiunt, nitidiſſime praeparatas impoſui theſauro meo anatomico. An non ſimile quid obſeruauit *Euſtachius* atque Tabulae tertiae Figura ſecunda et tertia indicare voluit?

[DD] Pag. 87. [EE] Ibid. Pag. 1. [FF] Tab. I. et VIII. N.

Duplicis inteſtini coli, vti hoc fiſſum deprehenditur, ſi vllus alias exſtat, caſus firmabitur per noſtram obſeruationem [GG]. Clauſi eiusdem ad extremum, ano imperuio, legimus apud Obſeruatores hiſtorias [HH]: tumque, aperto poſt mortem, reſpirantis prius, abdomine, inuentum fuit vltimum colon, vel ipſum rectum, mole ſua auctum et meconio infarcto extenſum [II]. Eſt memorabilis caſus puellae, quae per integrum trimeſtre Leidae ita vixit, cuius coli terminus, vti in his Infantibus, in pyriformem cloacam extenſus adeo capax repertus eſt, vt duas libras liquoris retineret [KK]. Rationes in priore Infantis hiſtoria explicui [LL], quibus adducor dubitans, an partes hae deformatae eadem illa inuertuntur figura ante natiuitatem, et poſtquam diuas traxerit Infans auras. Has non repetam hoc loco: adfuiſſe lineamenta conformationis atque cohaeſionis cum circumiacentibus partibus, in duplicis et obturati inteſtini fine, affirmo. Auctam huius capacitatem deinde in reſpirante, iterum credo, et quidem inde diutius potuiſſe viuere hanc prae altera Infante, coniicio, quia extrema eiusdem ambo tranſuerſa ſupra peluim locata, dum ſenſim increuerunt, longe minora impedimenta fuerunt reliquis viſceribus abdominis, ventri-

[GG] Coli duplicis orti ex vno tubo inteſtinali ad duplicem anum eſt exemplar in fele bicorporea Philoſophical transactions Vol. XV. Fig. VII. 3. 4. 4.

[HH] Parei oper. Chirurg. Lib. XVI. Cap. 33. Hildani Obſeru. Chirurg. Cent. I. Obſeru. 73. Heiſteri Chirug. Cap. 163. Trioen. Obſeru. Med. Chirurg. Pag. 59. 60. Boehmeri Obſeru. Rarior. Anatom. Faſciculi Alterius Obſeru. VII.

[II] Trioen et Boehmerus Loc. Citat. [KK] Trioen. Loc. Citat

[LL] Pag. 87.

ventriculo inprimis, minusque inſpirationi obſtiterunt, quam ouiformis vltimi coli expanſa cloaca, a peluis latere duro ad concauum diaphragma ſiniſtrum vsque reprimens, ſimulque interceptum ventriculum comprimens [MM] in illa.

Omnium deformatarum partium inuerſio, concretio, truncatio, diminutio, quod obtinuerit, cum illarum primordia puſilla adhuc et valde tenera fuerunt, apparet; quoniam cauſa efficiens eſſe debeat proportionalis effectui, quem edet: quanta haec ergo non requireretur, ſi oſſa iam ſolidiora et cartilagines conſiſtentes inuerſas ita comprimere deberet, vt poſt mutuum introitum concreſcant ſine nota coniunctionis, deleta ſimul ipſa ſubſtantia conſtituente. Quae vero ab hac deletione ſuperſtes eſt, partium compages informis deinde increuit, ab iſtis nutrita vaſis et neruis, quae a truncatione integra ſunt et partibus proſpiciunt. Obtinuit itaque tanta deformatio non diu, poſtquam embryo vtero conceptus adhuc molleſcit, dum poſt coitum foecundum ex concurſu ſeminis, miro attractionis et permiſtionis modo, concreſcit, vel ex dato prius formatoque ſtamine deinde recepto potius increſcit, ex ſpuma in gelatinam, ex gelatina in molles et duras partes conſtituentes. Docet hanc rem, delectamento vix explicando, ſucceſſiua embryonum perluſtratio a ſtamine ad foetum maturum. Hoc in humanis abortibus peragere, cum vix conceditur, iis ſupponi poſſunt proximi animalium embryones: ex quibus oſſium primordia, adhuc vix cartilaginea, prudentiſſime eruta figuram exhibent quam in ſolidis notamus. Rem neruoſe deſcripſit, paucis ſed grauibus, multa

[MM] Prioris Hiſtoriae Tab. X. XY.

multa contrahens, magnus *B. S. Albinus* [NN]. Gratus recordor [cum huius dictum, oſſa nempe principalia vnam eſſe cum ſuis epiphyſibus poſtea ab iis diſtinctis, eandemque cartilaginem in foetu, ſed in qua oſſificatio diverſis locis incipit, quibusdam minus arrideret] quod ad finem anni 1738. Leidae inuiſens, vna cum amiciſſimo *Ioanne van Muſſchenbroeck* mehanico et phyſico ſummo, virum incomparabilem *Ioannem Nathanäel Lieberkuhn*, vt rem ipſam inquireret, illum occupatum invenerimus in eruendis partibus, vix adhuc cartilagineis, quae oſſium futurorum rudimenta erant, ex embryone ouillo ſemiuncia non maiore. Has vitro impoſitas et microſcopiis, propria manu confectis, ille ſupponens, nobis conſpiciendas dabat, nec modo maiores, vtpote quae femur, crus, coxam, et ſimilia oſſa, conſtituent, ſed tarſi, metatarſi, carpi, metacarpi, vertebrarum et coſtarum, ſubtilisſima itidem principia. In quibus admirati ſumus delineatam, ac in adultis oſſibus, figuram, cum puſilla haec et lubrica, necdum tota cartilaginea, paulo rudiori manu vel inſtrumento tractata, confluant, et guttam gelatinoſam referant. Firmabat ita ſententiae amantiſſimi Praeceptoris noſtri veritatem amatus Diſcipulus.

Si verum eſt, quod omnibus fere conceditur, dari ante conceptum ſtamina naſcituri animalis, excitanda coitu foecundo parentum, ſiue lateant in ouo muliebri, ſiue degant haec in ſemine virili animalcula viuentia, perperam minus Lynceis negata, iis certe inſtruentur organorum lineamentis primis, quae in artus et viſcera poſtea excreſcunt. Cauſa ergo ante ipſam conceptionem defor-

[NN] Ad Icon. oſſi. foet. Human. Fig. CLX. Pag. 150. et ſeq.



Tab:



deformans agere poteſt in haec ſtamina, vt iam monſtroſa vtero materno recipiantur. Qualis autem haec cauſa concipitur, actuoſa, non vna violentia operantem credo, quae potius omnia deſtrueret contrita; ſed lento gradu procedentem eandem concipio.

Qua vero ratione partes tenerrimae, ſemel ita deformatae, deinde tamen increſcunt, factae ſenſim ſolidiores, inquirere non opus huius loci eſt, cum hac in re nihil praeter naturam notabile eſt.

EXPLICATIO ICONVM.

Fieri iterum non potuit, quin ſaepius pars redeat iam in priore figura notata: vt ergo vno intuitu eadem appareat, iidem quoque characteres illi inſcribuntur. Quantum potui, operam nauaui, vt illae literae, quae prioris Infantis partium figuras, etiam in hac easdem notarent, quo comparatio fiat magis facilis. Muſculos abdominis et lumborum tenues ſolis diſtingui curaui lineis, neque aliter fieri permiſit horum turpis aſpectus, vtpote qui corii inſtar duri, colore inſuper deprauato corrumpuntur.

TABVLAE PRIMAE ET SECVNDAE ICONVM EXPLICATIO

Petenda eſt ex ipſius corporis conſpectu anteriore et poſteriore, capite primo deſcripto.

TABVLAE TERTIAE

FIGVRA PRIMA

Exhibet vertebrarum lumborum naturaliter iunctarum faciem anteriorem: oſſis ſacri partim anteriorem, partim poſteriorem et lateralem: coccygis vero poſteriorem.

Α Β Γ Δ a b c d e 1 2 3 4 5 6 *Quinque lumborum vertebrae naturaliter iunctae exhibentur a latere anteriore.*

Α Β *Latus vertebrarum dextrum conuexum.*

Γ Δ *Latus ſiniſtrum concauum.*

a b c d e *Nuclei in corporibus vertebrarum aſperi, pro oſſificatione.*

1 2 3 4 5 6 *Ligamenta intermedia, quae lumborum vertebras iungunt, 1 cum vertebra infima dorſi, 6 cum ſuprema oſſis ſacri, et 2. 3. 4. 5. inter ſe.*

D E F G f Θ Ξ Π h i k *Os ſacrum cum coccyge iunctum.*

D E f Θ Ξ *Oſſis ſacri vertebra prima.* f *Nucleus aſper, a quo oſſificatio incipit.* D Θ *Superficies laterales (committendae cum aſperitatibus* G. H. *in ſcuto oſſeo* Fig 3.) E Ξ *Partes laterales cartilagineae (committendae cum extremitatibus limbi cartilaginei ſuperioribus, in ſcuto oſſeo* D E *Fig.* 3.)

E F. Ξ Π. *Partes oſſis ſacri laterales cartilagineae, complicatae, a latere poſteriore conſpicuae.*

h i k *Oſſis ſacri vertebrae inferiores, a latere poſteriore conſpicuae.*

G *Coccyx a latere poſteriore conſpicua.*

FIGV.

Tab: III.

Fig. 1.




Fig. 2.



Fig. 3.




Fig. 4.




Fig. 5.





Fig. 6.



FIGVRA SECVNDA

Exhibet vertebrarum lumborum ſaciem poſteriorem: oſſis ſacri partem poſteriorem, ſed inprimis anteriorem et lateralem: coccygis vero anteriorem: omninm inter ſe naturaliter iunctorum.

A B h Γ Δ θ a b c d e *Quinque lumborum vertebrae iunctae exhibentur, a latere poſteriore.*

A B h *Latus dextrum conuexum efficientes, partes laterales oſſeae dextrae.*

Γ Δ θ *Latus ſiniſtrum concauum efficientes, partes laterales oſſeae ſiniſtrae.*

h. θ. *Dextra et ſiniſtra pars oſſea lateralis penultimae vertebrae, ſeſe ſub proxima ſuperiore inſinuans, quodammodo compreſſa.*

B. Δ. *Dextra et ſiniſtra pars oſſea lateralis vltimae vertebrae compreſſa, ſub penultima multum inſinuata, et deformata.*

a b c d e *Cartilagines, quae intermediae partes oſſeas laterales vertebrarum iungunt, et principia ſpinae in ſe continent.*

D E F G Ξ Π g h i k 8. 9. 10. 11. *Os ſacrum cum coccyge iunctum, a latere anteriore, inflexum, conſpicuum.*

D *Inflexio ad poſteriora.*

E F *Partes laterales dextrae, cartilagineae complicatae.*

Ξ Π *Eaedem ſiniſtrae.*

g h i k *Nuclei intermedii in vertebris, vnde oſſificatio incipit.*

8. 9. 10. 11. *Ligamenta, quae intermedia vertebras iungunt.*

G *Coccyx a priore conſpicua.*

FIGVRA TERTIA

Exhibet coxas concretas in ſcutum oſſeum vnum et in peluim deformatam, partim oſſeas, partim cartilagineas, a latere anteriore.

AA BB CC D E F G H K *Notatur ſcutum oſſeum vnicum, continuum ex duobus oſſibus ilium, latere ſuo poſteriore in plano concretum, a parte priore conſpicuum.*

A A *Superficies plana, quodammodo concaua, anterior, dextri et ſiniſtri ilium oſſis, ſuperior.*

B C D *Limbus cartilagineus, criſtam oſſis ilium conſtituens dexter, in medio* B *latiſſimus:* *infra* C *contractus: ſupra* D *laeuigatus, (vbi os ſacrum a latere* E Ξ *retinet Fig.* 1.)

B C E *Limbus idem ſiniſter, laeuigatus ſupra* E, *et infra* C *contractus, medio* B *latiſſimus,*

F G H K *Spina oſſea craſſa, in medio ſcuto exſurgens, concreta et eleuata ex oſſium ilium parte infima.*

F *Lunula in ſuperiore parte ſcuti oſſei exſciſſa, os ſacrum recipiens.*

G H *Partes ilium ſcabrae laterales, cartilagine cruſtatae, (iungendae cum partibus, lateralibus oſſis ſacri depreſſis,* D Θ. *Fig.* 1. *per ſynchondroſin.)*

K *Extrema pars ſpinae, ſiue oſſium ilium inferior, cartilagini ſuppoſitae naturaliter continua.*

I L M M *Cartilago concreta ex dextra et ſiniſtra, in foetu oſſibus ilium, iſchii, pubis, naturaliter interiecta; ſpinae oſſeae* K *continua.*

N N *Oſſium pubis primordia oſſea.*

O O P Q *Cartilago minor, anterior, confluens, concreta ex tuberibus iſchii, partibus lateralibus haec cum*

oſſe

oſſe pubis iungentibus, *et ſynchondroſi inter oſſa pubis media.*

R *Apertura peluis.*

Ξ *Capſulae ligamentoſae pars dextra ſuperior*, *extra acetabulum porrecta.*

FIGVRA QVARTA

Exhibet easdem coxas concretas a parte inferiore, cum acetabulo iſchii cartilagineo, concreto ex duplici, dextro nempe et ſiniſtro, coxae acetabulo.

AABBCCDEKLMMNNOOPQR *Notantur*, *quae in Figura praecedenti tertia*, *per easdem litteras*, *indicata ſunt*: *hic autem a parte inferiore*, *vti ibidem ab eadem ſuperiore.*

a a *Lunula inferior recta continua in ſpinam* K *inferiorem*, *et elongata.*

I L M M 1. 2. 1. 2. S s s *Acetabulum duplex in cartilagine maiore inferius.* I L M M 1. 2. *Margo*, *circumferentiam acetabuli determinans*, *cartilagineus.* 1 *Eminentia*, *vnde praecipuum muſculi Recti cruris initium*, *cui* 2 *alterum eiusdem principium proximum eſt.* S *Cauitas peluis.* s s *Notae*, *vti videntur*, *concretionis.*

FIGVRA QVINTA

Exhibet acetabulum veſtitum capſula ligamentoſa, iuxta longitudinem aperta, quae caput oſſis femoris ambiens, illius ceruici circumcreſcit, atque extra acetabulum dextrorſum, cum eodem exporrigitur,

Γ Δ Ξ *Capſula ligamentoſa, arctior in latere ſiniſtro* Γ, *latior in medio* Δ, *latiſſima in dextro* Ξ, *aperta. Glandulam muciparam in receſſu ſiniſtro retinens* Γ.

FIGVRA SEXTA

Exhibet ſcutum oſſeum, ex oſſibus ilium in plano concretum, limbo cartilagineo cinctum, a parte poſteriore.

ABBCCDEFaa *Notant eadem, quae his litteris Figura tertia et quarta notata ſunt.*

bbbb. *Notat altitudinem et latitudinem ambitus ſcuti oſſei, limbo cartilagineo cincti.*

TABVLAE QVARTAE

FIGVRA PRIMA

Exhibet os femoris, ex duobus oſſibus extrorſum rotatis, per latus externum concretum, a parte poſteriore conſpicuum.

A *Pars media oſſis femoris, vbi lateſcit.*

B *Caput globoſum cartilagineum.*

C *Pars inferior lateſcens.*


D *Pars ſuperior, quae ceruix capitis eſt.*

Eab *Trochanter maior, vtrinque limbo cartilagineo* a b *prominens.*

FGHIK *Additamentum cartilagineum inferius. In quo* G *condylus oſſis femoris dextri internus.* H *Condylus oſſis femoris ſiniſtri internus,* IK *Condylus tertius, concretus ex vtriusque femoris condylo externo.* F *Sinus amplus inter tres condylos.*

No-

Tab. IV.



Notandum eſt, quod tecto oſſis femoris concreti latere altero E G, *iuxta* A C K, *appareat os femoris ſiniſtrum poſterius, cuius eſt condylus internus* H, *et externus* K I, *naturalis. Tecta vero parte concreti femoris* D b d H *altera, iuxta* A I, *appareat os femoris dextrum poſterius: tumque huius condylus internus* G, *et externus* I K, *appareat iterum naturalis.*

FIGVRA SECVNDA

Exhibet idem os femoris concretum a latere priore.

A B C D E F G H I K a *Denotant a parte anteriore eadem, quae in priori figura iisdem litteris, a poſteriore, exhibentur.* b c d e f *Eſt vterque ſulcus diſtinguens, ex quo muſculus vaſtus externus duplex, ſed concretus, vtrinque oritur, et a media* A 2 C *inter hos eminentia. Deinde vaſti interni, iuxta externum orti, decurrunt per ſpatium* 1. 3. *notabile.*

Notandum eſt, tecto latere b 1 H, *iuxta* A c I, *apparere femoris os dextrum, cuius condylus internus* G *eſt. Externus communis* I K. *Tecto vero latere* d e f 3 G, *apparere femoris os ſiniſtrum, cuius condylus internus* H *eſt. Externus communis* K I *naturalis.*

FIGVRA TERTIA

Exhibet vtramque patellam latere interno concretam et a parte poſteriore conſpicuam.

A *Patella interna ſiniſtra.*

B *Patella interna dextra.*

C *Patellae vtriusque concretio interna.*

FIGVRA

FIGVRA QVARTA

Easdem patellas concretas exhibet, a latere priore conſpicuas.

A *Patella externa ſiniſtra.*

B *Patella externa dextra.*

C *Patellae vtriusque concretae eleuatio media.*

FIGVRA QVINTA

Exhibet os Tibiae, ex duobus extrorſum rotatis, per latus externum, concretum, a parte poſteriore conſpicuum.

A *Os Tibiae, ſupra latum, infra graciliſſimum.*

B C D E F *Superius additamentum cartilagineum maius, in quo* D *dextra interna*, C *ſiniſtra interna, ſuperficies, quae cum condylo duplicis femoris vtroque interno* G H, *articulatur.* E *Superficies concreta ex duabus externis, committenda cum condylo femoris medio tertio* K I. *Eminentia media* F, *cui ligamenta cartilaginum ſemilunarium inſeruntur* (*confer Fig.* 8).

G *Additamentum cartilagineum inferius.*

FIGVRA SEXTA

Idem os tibiae cum additamentis cartilagineis, a parte priore, exhibet.

FIGVRA SEPTIMA

Exhibet oſſis femoris duplicis additamentum inferius maius, a parte inferiore conſpicuum, et reclinatum

ſupra

ſupra additamentum cartilagineum ſuperius tibiae duplicis: vnde articulatio eſt conſpicua. Capſula ligamentoſa, ſectione ſeparata ab ambitu oſſis femoris, dependet ab oſſe tibiae, retinens inuerſas concretas patellas, a parte ſua interna conſpicuas.

A C B. C D E G H I *In patella, in additamento cartilagineo oſſis femoris et tibiae, notatas in prioribus figuris, partes indicant.*

L L *Eſt capſulae ligamentoſae pars interior.*

FIGVRA OCTAVA

Exhibet additamentum cartilagineum oſſis tibiae ſuperius, a parte poſteriore et ſuperiore conſpicuum, cum patellâ duplici eleuata, et per capſulae membranaceae partem internam, illi alligata. In additamenti cartilaginei tibiae ſuperficie ſunt tres cartilagines ſemilunares cum ſuis ligamentis, ad totidem ſuperficies adaptatae.

A B C L L *In aliis figuris ſunt indicata.*

c d e F *Tres cartilagines ſemilunares:* e *media et minor,* c d *laterales maiores, omnes ligamentis ſuis eminentiae* F *mediae inſeruntur.*

TABVLAE QVINTAE

FIGVRA PRIMA

Exhibet, a parte poſteriore, truncum corporis inferiorem: ſcutum oſſeum ex ilium oſſibus concretum, ſub lumbis locatum. Notat inuerſi oſſis femoris, et tibiae inflexae faciem anteriorem. Dat autem in omnibus conſpiciendos muſculos, vti in his, poſt ablata integumenta, locantur.

In Lumbis et Iliis. c d e f g h *Dexter*, γ δ ε ζ η θ *Siniſter muſculus Latiſſimus dorſi.*

c. γ. *Pars carnea vtriusque.*

d e f g h. δ ε ζ η θ. *Pars tendinea.*

d e. δ. ε. *Partis tendineae latus, quo oritur a ſpinis vertebrarum dorſi et lumborum.*

e f. ε ζ *Latus, quo a criſta oſſis ilium oritur.*

f. g. ζ. η. *Latus, quo a criſta oſſis ilium ad carnem adſcendit.*

g h. η θ. *Latus, quo externo adſcendit iuxta carnem oblique, ſpinam dorſi verſus.*

k l. κ λ. *Muſculus Obliquus abdominis Externus a parte poſteriore, inferiore, et laterali.*

k. κ. *Pars eiusdem carnea.*

l. λ. *Pars eiusdem tendinea extenſa.*

a b b c. *Muſculus, qui in parte oſſis ſacri inuerſi anteriore locatur.*

a *Ortus eius tendineus ex ambitu externo marginis lunulae in ſcuto oſſeo ſuperioris (confer Tab. III. Fig. 6. F).*

b b *Accretio eius ad latera cartilaginea interna oſſis ſacri.*

c *Inſertio et circumcretio carnea ad coccygem (confer Tab. III. Fig. 2. E F G Ξ Π.)*

In oſſibus ilium. d e f *Muſculus dexter et ſiniſter, ſuo in latere oſſis ilium vtrinque poſitus, ab altero diſtinctus, infra confluens.*

d *Ortus ex ambitu anteriore inferiore lunulae exſciſſae in ſcuto oſſeo ſuperiore.*

e *Ortus a latere interno criſtae cartilagineae oſſium ilium.*

f Fi-

Fig. 1.




γ θ c δ d ε e h c
x η ζ b b g f k
d a d
λ e g e l
f
c l γ a
b
h
θ
i d
m δ x
ii e n
iii A C ε
B xx
g
xxx
f

Fig 2


θ δ d h
η ζ f g
g ε S e g
λ h h l
i
k
s l s
h
θ
i
ii e m
n x
iii A C ε
B xx
xxx
D E

f *Fibrarum aggregatio et confluxio ad inferiora: haec libera ab oſſe, muſculi ſuppoſiti tendinem transmittit* (*confer* Fig. 2. i k.)

g *Muſculus ſuppoſitus, ad latera tectus; in medio liber et conſpicuus.*

a. b. *Pars ſuprema muſculi Sartorii dextri.* In femore.

a *Ortus a latere interno infimo criſtae cartilagineae oſſis ilium dextri.*

b *Circumflexio ad poſteriora femoris, per latus internum oſſis femoris dextri.*

c d e *Siniſter breuior*, γ δ ε *Dexter longior, muſculus Rectus cruris, per ſuum femur quisque exporrectus.*

c. γ. *Pars ſuperior, poſt ortum ſuum ex eminentia, et loco huic proximo, in acetabuli coxarum latere vtroque* (*Tab. IV. Fig.* 4. 1. 2. *notatis*) *contracta et tenuis procedens, tendinea.*

c d. γ δ. *Muſculi caro, infra et ſupra gracilior, in medio tumens.*

d e. δ ε. *Pars tendinea inferior, patellae vtrique* A B *inſerta.*

h i i i i i. *Siniſter et breuior*, θ κ κ κ κ κ κ *Dexter et longior Vaſtus internus, quisque per internum ſui femoris latus decurrens, latere externo tectus a Recto cruris* (*confer Figuram 2dam*).

l m n *Vaſtus Externus duplex in vnum, ex dextro et ſiniſtro nempe, ad latus externum concretus: latere interno tectus a Recto cruris.* (*confer Figuram ſecundam.*)

A B C *Patellae ambae concretae, veſtitae membrana tendinea, ex fibris tendineis muſculorum orta.*

In crure. f g. *Faſciculus fibrarum carnoſarum, quae ex tibia proueniunt compactae, atque expanſae tenuiſſimae ad patellam infimam adhaerent.*

FIGVRA SECVNDA.

Exhibet primo os ſacrum reflexum ad inferiora, vt pars eiusdem poſterior appareat, cum ortu tendineo muſculi latiſſimi dorſi, iuxta hiatum, in quem ſpinae canalis exit. Deinde, a ſcuto oſſeo, femore, et crure, ablatis muſculis ſuperioribus, ſubiectos praebet nudos, vti hi in ſitu locantur.

d e f g h l. δ ε ζ η θ λ. *Prima figura iam notata ſunt.* e. ε. *Extremum infimum aponeuroſeos latiſſimi dorſi, quo oritur iuxta*

S *Hiatum, in quem ſpinae canalis exit.*

g g h h i k *Muſculus ſub prioribus* (Figura prima d e f) *ſcutum oſſeum occupans, et inde ad os femoris procedens.*

g g *Ortus a parte exteriore inferiore lunulae ſuperioris.*

h h *Ortus a latere interno criſtae cartilagineae vtriusque oſſis ilium, fibris ſucceſſiue breuioribus.*

i *Fibrarum collectio ad lunulam inferiorem.*

k *Fibrarum collectarum cauda ad oſſis femoris ceruicem tendens, illique inſerta.*

In femore. s s *Adductoris Longi femoris pars ſuperior anterior, dextra et ſiniſtra nuda, caeterum tecti a Vaſtis.*

h i i i i i i *Siniſter*, θ κ κκ κκκ *Dexter, Vaſtus Internus, tectus a latere externo, per vaſtum Internum.*

h. θ.

h. θ. *Ortus ex oſſis femoris latere interno, ſub eiusdem ceruice.*

h i. θ κ. *Pars carnea intumeſcens, dum deſcendit.*

i i i i i i. κ κ κ κ κ κ. *Pars tendinea*, i. κ *vbi ex carne oritur*, i i. κ κ. *vbi patellae lateri interno, ab inſertione tendinis Recti cruris, quocum illa cohaeret, libero inſeritur*, iii. κκκ. *vbi, extra patellae inſertionem, lateri anteriori ſuperiori tibiae adhaeret, hanc ad poſteriora ambiens.*

l m n *Vaſtus Externus, ex dextro et ſiniſtro, in vnum concretus.*

l *Ortus carneus a ceruice oſſis femoris.*

l m *Pars carnea, deſcendendo latior et tumens facta.*

m n. *Pars tendinea*, m *vbi carni continua eſt* n *Vbi patellae lateri externo, ab inſertione tendinis Recti cruris, quocum illa cohaeret, libero inſeritur.*

A B C D E. *Patellae a latere externo* C *concretae: quibus, ab inferiore parte dextrae* B, *dextrum* E: *ſiniſtrae* A, *ſiniſtrum* D *ligamentum, ex tibia prouenienſ, inſeritur.*

TABVLAE SEXTAE
FIGVRA PRIMA

Exhibet conſpectum trunci corporis inferioris et extenſionem abdominis lateralem, a parte priore. Faciem deinde notat poſteriorem oſſis femoris cum tibia inflexa, ſub trunco corporis, inuerſam. In omnibus dat conſpiciendos muſculos, prout hi locantur in ſitu, poſt ablata integumenta communia.

a b c e f g h k k *Dexter*, α β γ ε ζ η θ κ κ *Siniſter*, *Obliquus muſculus abdominis Externus, a parte anteriore et laterali conſpicuus.*

a. α. *Vtriusque pars carnea.*

b c e f g h k k *Dextri*, β γ ε ζ η θ κ κ *ſiniſtri*, *expanſio lata tendinea.*

g h. η θ. *Vtriusque expanſio tendinea inferior, praeternaturale extenſa, a retorſione oſſium ilium.*

f g h *Dexter*, ζ η θ *Siniſter*, *muſculus Obliquus abdominis Internus, carneus et tendineus, parte ſua inferiore* g h. η θ. *multum vterque extenſus, tranſparens per aponeuroſin obliqui externi.*

k k F F *Dexter*, κ κ F F *Siniſter*, *muſculus Rectus abdominis, per aponeuroſin obliqui externi tranſparens, tendineis inſcriptionibus* F F *diſtinctus.*

l d *Dexter*; λ d *Siniſter*, *Pyramidalis muſculus, per aponeuroſin obliqui externi tranſparens.* l λ *Ortus vtriusque ab eminentia cartilaginea* Q *prominente.* d *Inſertio lineae albae, ortum inter et vmbilicum* E, *media.*

E. *Vmbilici foramen in linea alba.*

E d. *Linea alba, ſupra latior, infra gracilior.*

Q *Prominentia, inſtar ſynchondroſeos pubis.*

In femore. b c d *Muſculus Sartorius ad poſteriora reflexus* (*confer Tab. V. Fig.* 1. *a b*) *et per latus femoris dextri internum decurrens ad tibiam, huic extremo ſuo inſertus.*

b *Reflexio ad poſteriora.*

b c *Carnis decurſus per latus femoris dextri internum.*

c d *Tendo.*

d *Tendinis inſertio lateri tibiae dextrae interno.*

e f g. e f g. *Dexter et Siniſter muſculus Semitendinoſus, per concreti vtriusque femoris latus externum decurrens.*

e e *Ortus ex prominentia cartilaginea.*

e f. e f. *Decurſus per femur ad tibiam carneus.*

f. f.

Tab. VI.

Fig. 2





Fig. 1.

Fig. 3.



f. f. *Tendinis ex carne ortus.*

g. g. *Tendinis inſertio lateri externo concretae vtriusque tibiae.*

i i k *Muſculi vtriusque ſemimembranoſi, in tendinem verſi, pars inferior, ſub prioribus ſemitendinoſis emergens et tibiae inſerta (confer Tab. VII. Fig. 1.* h h i i k).

m n *Muſculi gracilis dextri, in tendinem verſi, pars inferior, ſub ſartorio et ſemitendinoſo dextro emergens, et tibiae inſerta (confer Tab. VII. Fig. 2.* l m n.)

θ κ κ κ κ *Pars lateralis et poſterior vaſti interni dextri, femur, crus, et horum articulum ambiens: ad articulum* κ *in tendinem expanſus, et tibiae* κ κ κ *inſertus elongatus.*

FIGVRA SECVNDA

Exhibetur oſſium Coxarum ex foetu, dextri ſcilicet et ſiniſtri, pars dimidia, anterior, media diuiſa, ablata parte poſteriore, deinde iterum iuncta vtriusque anteriore, ad elucidandam concretionem oſſium coxarum, in hac Infante praeternaturalem. Conferenda eſt cum Tabulae III. Figura 3. Vide paginam 88 et ſequentes.

A B B I K L M M N N O O P Q R *Litterae hae comparandae ſunt cum Figurae tertiae Tabulae tertiae litteris inſcriptis.*

F Q *Denotat lineam diuiſionis et coniunctionis vtriusque coxae partis dimidiae anterioris, poſt ablatam poſteriorem dimidiam, inter ſe coniunctae.*

FIGVRA

FIGVRA TERTIA

Eadem denotat, quae mox praecedens Figura ſecunda, ſed a parte poſteriore et inferiore: hinc acetabulum hic, ex duobus concretum, conſpicuum eſt.

A B B F L M M N N O O P Q R S s s s s *Litterae hae comparandae ſunt cum Figurae quartae Tabulae tertiae litteris inſcriptis.*

F Q *Denotat iterum lineam diuiſionis et coniunctionis, vtriusque oſſis coxae partis anterioris.*

TABVLAE SEPTIMAE

FIGVRA PRIMA

Exhibet lumbos et peluim ab anteriore parte conſpicua, femur et crus a poſteriore, cum muſculis ibidem in ſitu naturali, poſt ablatos Tabulae proxime antecedentis Figura prima exhibitos muſculos ſuperiores.

a b c 1 2 3 4 5 *Dexter*, α β γ 1 2 3 4 5 *Siniſter*, *Pſoas.*

a. α. 1 2 3 4 5 *Ortus vtrinque*, a. α. *a corpore infimae vertebrae dorſi*, 1 1 *a ligamento huic et primae lumborum vertebrae interiecto*, 2 2 *a corpore vertebrae lumborum primae oſſeo, capite ſuo primo; deinde ſubſequentibus capitibus, partim a corporibus vertebrarum lumborum, partim a ligamentis illis interiectis* 3 4 5, *ſucceſſiue procedens.*

b. β. *Capitum confluxus in vnum muſculum validum.*

c. γ. *Cauda in tendinem abitura, qua circum oſſa ilium flexus, ad femur tendit.*

g h *Dexter*, η θ *Siniſter*, *Quadratus lumborum.*

g. η *Ortus a margine ſuperiore interiore criſtae oſſis ilium.*

h. θ

Fig. 1.





Fig. 2.



h. θ. *Inſertio lateri inferiori interiori coſtae infimae.*

i i k *Dexter*, ι ι κ *Siniſter*, *Iliacus internus.*

i i. ι ι. *Ortus ex toto ambitu oſſis ilium.* k. κ. *Contractio*, *qua ab oſſe ilium*, *hoc deſerens*, *ad femur tendit.* (*confer Fig.* 2. *k l.*)

h i k h i k *Dexter et Siniſter Semimembranoſus*, *per latus externum ſui femoris ad crus porrectus*, *et per tibiam externam decurrens*, *illiusque extremo inſertus.* In femore.

h h *Ortus a cartilaginis*, *prominentis in pube*; *parte magis interiore*, *poſt ortum ſemitendinoſorum.*

h ι h ι *Pars carnea*, *ſenſim gracilior et contracta.*

i k *Pars tendinea*, i i *carni continua*, k *tibiae extremae inſerta.*

s t u *Adductor femoris Longus dexter*, *et* s *pars ſuperior ſiniſtri.*

s s *Ortus a latere oſſis pubis anteriore inferiore Fig.* 2*dae* N, *et cartilaginis anterioris* O.

t *Latus internum*, *quo tegit partem poſteriorem vaſti interni.*

u *Latus externum*, *quo ſe ſub ſemimembranoſi latus inſinuans*, *oſſis femoris lateri interno*, *iuxta longitudinem*, *inſeritur.*

θ κ κ κ κ *Vaſti interni dextri latus poſterius*, *crus ambientis*, θ κ *carnei*, κ *tendinei ad articulum*, κ κ κ *tendinei et elongati*, *parti tibiae internae laterali inſerti.*

m n *Tendo gracilis dextri*, *ſub vaſto interno et ſemimembranoſo dextro emergens.*

d *Tendo ſartorii truncatus.*

Q *Cartilago*, *pubis oſſa ſynchondroſios inſtar*

P *iungens*

iungens; concreta ex hac, oſſibus pubis anterioribus, et tuberibus iſchii. (*confer Tabulae Tertiae Figuram tertiam.*)

FIGVRA SECVNDA

Exhibet lumbos et peluim, a latere dextro conſpicuos, cum femore, quod articulatur cum acetabulo et per capſulam ligamentoſam retinetur. Femur autem et crus leuiter ſunt inuerſa extrorſum, vt inſertio muſculorum appareat. In omnibus muſculi conſpiciuntur in ſitu ſuo.

In lumbis et latere peluis.

b c d e *Pſoae pars inferior*, b c *carnea*, c d *tendinea diſtincta*; *confluens deinde cum tendine iliaci interni* l, *et vnum communem tendinem* d e *conſtituens*, *ceruici oſſis femoris* D *inſertum.*

g *Quadrati lumborum dextri pars inferior.*

i i k l e *Iliacus internus dexter*, i i *ortus ex toto ambitu et capacitate oſſis ilium*, k l *extra hoc exporrectus ad femur*, *abeuns in tendinem* l e, *primo diſtinctum* l, *deinde cum tendine pſoae* c d, *confluentem in vnum communem* d e.

K M N O Q *Eſt peluis viſa a latere dextro.* K *Spina ex ſcuto oſſeo medio anteriore aſſurgens.* M *Cartilago illi continua, in qua acetabulum.* N *Os pubis dextrum.* O *Cartilaginis anterioris latus dextrum*: Q *eiusdem apex anterior reflexus, vnde muſculi ſemimembranoſi et ſemitendinoſi oriuntur.* (*confer Tabulae tertiae Figuram tertiam et quartam.*)

Ξ D *Oſſis femoris pars ſuperior*, Ξ *articulata cum acetabulo et per capſulam ligamentoſam retenta.* D *Ceruix oſſis femoris.*

l m n

l m n *Muſculus dexter Gracilis.*

l *Ortus ex latere inferiore cartilaginis anterioris eodemque interiore, ſub muſculi* q r *parte anteriore:* l m *decurſus inde per femur ad crus:* m n *mutatio in tendinem:* n *tendinis inſertio lateri interno tibiae dextrae.*

λ *Pars Gracilis ſiniſtri, ex ortu ad crus tendens.*

o p *An Adductor femoris breuis?*

o *Ortus a parte inferiore, media, ſuperiore, apicis reflexi cartilaginis, quae in pelui anteriori eſt.*

p *Inſertio lateri poſteriori et exteriori oſſis femoris, ex duplici concreti in vnum.*

q r *Muſculus, an Obturator internus dexter?*

q *Ortus a latere inferiore cartilaginis prioris anteriore, antequam haec in apicem reflectitur.*

r *Inſertio lateri exteriori trochanteris dextri.*

ϱ *Pars anterior ſimilis muſculi a latere ſiniſtro.*

x y z *Collectio fibrarum muſculoſarum inter articulationem oſſis femoris cum tibia, a parte horum poſteriore.* Inter femur et tibiam.

x *Ortus fibrarum ex leui iſta cauitate, quae eſt in inferiore concreti femoris oſſis parte, ſupra additamentum cartilagineum. (confer Tabulae quartae Figurae primae* C.) *Eſt hic in medio altior, ad latera ſenſim decliuior.*

y *Exporrectio ſupra articulum.*

y z *Contractio ſenſim ad inferiora.*

z *Inſertio tibiae vtriusque concretae lateri externo inferiori.*

TABVLA OCTAVA

Exhibet, diſſecto et explicato peritonaeo, abdominis aperti, atque viſcerum illo contentorum in ſitu naturali, conſpectum.

a b K L M N *Peritonaei pars diſſecta triangularis reclinata deorſum, arteria vmbilicali media diuiſa.*

K L *Arteria vmbilicalis vnica,* K *ex aorta continua, ſupra peluim porrecta, reflexa ad anteriora et ſuperiora ad vmbilicum* L: *iam reclinata.*

M N *Cutis vmbilici et pinguedo, ſectione orbiculari circumciſa.* N *Vmbilicus extra abdomen, poſt ligaturam et abſciſſionem, exſiccatus.*

A B C D c d e α β γ *Hepar in ſitu magnum, cum vena vmbilicali, et ligamento dicto ſuſpenſorio lato.*

A B *Vena vmbilicalis ſurſum flexa,* A *truncata ad vmbilicum,* B *ingreſſa hepar, ad mediam eius partem.*

c d e *Ligamentum ſuſpenſorium latum ex peritonaeo duplicato conflatum,* c *vbi hoc a diaphragmate concauo recedit,* c e *vbi a conuexo hepate,* c d *vbi a peritonaeo reſectum eſt:* d e *extenſio venam vmbilicalem ambiens.*

C α β *Hepatis pars dextra maxima, et maxime extenſa ad ilia dextra vsque: vbi extremum eius exſcinditur in duas appendiculas acutas* α β.


D γ *Hepatis pars ſiniſtra minor.*

E E E *Inteſtina tenuia contracta, in ſitu, in gyros flexa.*

O P Q R S T X q q s s t t η *Inteſtinum colon, ſub hepate emergens, inflexum, in duos tubos diſtinctum, in extrema coeca abiens, in ſitu hic naturali.*

O P

Tab . VIII.



O P *Flexura prima, a dextro latere, O ſub hepate emergens, et ad* P *ſiniſtrum latus procedens.*

P Q *Flexura ſecunda, a latere ſiniſtro* Q *ad dextrum deorſum et introrſum, obliqua peluim verſus* R, *procedens.*

Q R *Flexura tertia, ab anteriore media parte* R, *ſiniſtrorſum* S T, *procedens.*

q q *Diuiſionis nota externa inteſtini coli, diſtincti in duos tubos, cohaerentes inter ſe.*

s s S *Tubus inteſtini coli diuiſi, prius anterior* O P, *deinde interior* s s, *poſtea nferior* S.

t t T *Tubus inteſtini coli diuiſi, prius poſterior, deinde exterior* t t, *poſtea ſuperior.* T.

S *Tubus inferior*, T *Tubus ſuperior, ab altero diſtinctus.*

η *Portio meſocoli, tubos ambiens, et intermedia eosdem iungens.*

X *Extremum ouiforme, in quod tubus inteſtini coli ſuperior* T *expanditur, coecum, clauſum, bipartitum.*

TABVLA NONA

Viſcera abdominalia exhibet, ablato ſterno cum cartilaginibus coſtarum, hepate cum vena vmbilicali reclinato ſurſum, inteſtinis tenuibus dextrorſum, coli flexura ſecunda et tertia ſiniſtrorſum et deorſum, cum parte meſocoli inferiore, explicatis.

a b K L *Vide Tabulam octauam.*

A B C D α β γ δ ε *Hepatis reclinati pars inferior concaua, cum vena vmbilicali et veſica fellea, conſpicua.*

A B *Vena umbilicalis a parte inferiore hepar naturaliter ingreſſa.*

C α β *Pars hepatis dextra, inferius terminata in* α β *appendiculas acutas.*

D γ *Pars hepatis ſiniſtra, latere ſuo poſteriore* γ, *ſeſe circa, et poſt lienem* H, *inſinuans.*

δ ε *Veſica fellea.* δ *Eius fundus:* ε *eius collum, in ductum arctandum, et ad duodenum tendens.*

E E *Inteſtina tenuia, ad dextra reclinata, vt conſpiciantur partes reliquae, abdominis cauo contentae.*

F *Ventriculus.*

G g g g *Omentum,* G *ex ventriculo inferiore dependens, ſupra colon* g, *et extra hoc* gg, *expanſum.*

H *Lien.*

O P Q R S T U V W X Y Z *Inteſtinum colon, a latere dextro emergens; ſub ventriculo ad lienem, inde deorſum tendens, atque fiſſum, in duo extrema coeca deſinens.*

O P *Flexura prima, aperto thorace, per hepar depreſſum ſinuoſa.*


P Q R *Flexurae ſecundae expanſio,* Q R *eiusdemque reflexio et explicatio dextrorſum et deorſum.*

R S T *Flexurae tertiae reclinatio.*

S U V W *Tubus inteſtini coli prius anterior* OP: *deinde interior* (*Tab. VIII.* ss) *iam inferior* S: *expanſus in extenſam appendiculam coecam, minorem inferiorem* U V W.

T X Y Z *Tubus inteſtini coli prius poſterior:* (*Tab. X. Fig. 2da* O P) *deinde exterior* (*Tab. VIII.* t t) *iam ſuperior* T: *expanſus in extenſam appendiculam coecam maiorem ſuperiorem* X Y Z.

η η θ


A
B
C
D
δ
ε
α
γ
F
H
β
G
O
P
Q
g
g
g
g
E
E
Z
Y
X
θ
W
V
U
a
K
b
S
T
η
η
R
L

ηηθ *Meſocolon coli tubos coniungens inter ſe* ηη, *et cum extremis expanſis* θ.

TABVLAE DECIMAE.

FIGVRA PRIMA

Exhibet inteſtinum colon ex coeco procedens, inflexum, fiſſum, et fiſſo extremo abeuns in duas expanſas appendiculas coecas, a parte poſteriore.

E F *Finis inteſtini ilium, vbi in coecum continuatur, alligatum ab interna parte per meſenterii* F *portionem.*

I K *Coecum, cum appendicula* K, *naturale.*

I O P Q R S T U V W X Y Z q q *Inteſtinum colon, ex coeco adſcendens, inflexum, fiſſum, terminatum.*

I O *Adſcenſus ex coeco.*

O P *Flexura prima dextrorſum.*

P Q *Inflexio ſecunda.*

Q R *Deſcenſus.*

R S T *Diuiſio in duos tubos diſtinctos.*

S *Tubus inferior, cui continuum eſt,*

U V W *Extremum minus expanſum, diviſum in tres cauitates, externe etiam diſtinctas.*

T *Tubus ſuperior multum contractus, cui deinde continuum eſt,*

X Y Z *Extremum maius, diuiſum in duas cauitates externe diſtinctas, ad angulum valde acutum, verſus poſteriora* Y, *ad alteram inclinatas.*

q q *Nota concretionis externa vtriusque tubi diſtincti.*

FIGV-

FIGVRA SECVNDA

Exhibet inteſtini coli, vbi ſub hepate decurrit, partem anteriorem apertam, vt tubi poſterioris, poſt prioris decurrentis, ortus appareat.

O P *Latus tubi anterioris inciſum et explicatum.*

a b c *Orificium ellipticum, quo longiori principio ex latere poſteriore* a b, *breuiori in latere communi exſciſſo* c, *oritur tubus coli poſterior.*

t t *Tubus coli poſterior, integer, intra priorem* s s *comprehenſus decurrens, latus vtrique tubo commune conſtituens, priori poſterius, poſteriori anterius.*

s s *Tubi anterioris progreſſus apertus.*

FIGVRA TERTIA

Exhibet extremum coli maius, iuxta longitudinem et altitudinem medium, ablato ſegmento anteriore, diviſum.

T t t X Y y y Z *Pars dimidia poſterior extremi coeci, in quod tubus inteſtini coli ſuperior abit, ablata parte dimidia anteriore.*

T t t *Inſertio extremi coli, prius contracti, quae format, a parte interiore ſiue inferiore expanſa* t t, *ſpeciem valuulae.*

Y y y *Apertura rotunda, oſtii inſtar, quo tranſitus datur ex receſſu maiori in minorem reflexum et arcte maiori alligatum* Z, *efficiens margine acuto ſpeciem valuulae* y y.

FIGVRA QVARTA

Exhibet tubum coli inferioris, apertum in extremum coecum minus, itidem apertum, expanſum, cui ſecunda, et tertia appendicula aperta iam continua eſt.

S *Extremum tubi coli inferioris.*

Tab. X.

Fig. 1.




Fig. 2.




Fig. 3.





Fig. 4.



U u *Expanſio prima, ad extremum anguſtata in ſpeciem valuulae* u, *tranſiens in*

V *Expanſionem ſecundam oualem, quae iterum parte ſua anguſtiore tranſit in*

W *Expanſionem tertiam oblongam, extremo coeco terminatam.*

a *Segmentum anterius dependens inuerſum a poſteriore.*

TABVLAE VNDECIMAE

FIGVRA PRIMA

Exhibet, thoracis et abdominis viſceribus, quae vulgo intra peritonaeum locari dicuntur, exemtis, decurſum vaſorum ſanguineorum cum ſuis ramis, renem, renem ſuccenturiatum dextrum, et partes generationi inſeruientes.

A B C D E G H K L f o o o o q *Arteria aorta per dorſum et lumbos decurrens, in vmbilicalem continua, ramos emittens.*

A K L *Pars ſuperior truncata* A *in dorſo, continua in* K L *vmbilicalem.*

B *Arteria diaphragmatica.*

C *Arteria coeliaca.*

D *Arteria meſenterica.*

E *Arteria meſocolica.*

Ggg *Arteria emulgens dextra, per renis ſuperficiem in ramulos* g g *diſperſa*

H *Arteria ſpermatica, venae iuncta, dextra.*

I *Arteria ſpermatica ſiniſtra.*

o o o o *Arteriae dorſales et lumbares, vertebrales dictae, ex trunco maiori aortae emergentes.*

q *Arteria infima lumbaris dextra emergens ex trunco minori* (*confer* Figuram *ſecundam.*)

f *Arteria ex emulgente dextra ad renem ſuccenturiatum* Q *tendens.*

P p p *Vena emulgens ſiniſtra, ſub arteria decurrens, per renem in ramos* p p *diſperſa.*

S *Vena ſpermatica ſiniſtra, orta ex emulgente, cum iam haec, ad diſtantiam, per renem decurrit.*

a *Vena tendens ex vena caua ad renem ſuccenturiatum.*

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 11. 12. 13. 13. *Partes, quae generationi inſeruiunt in foemina, partim integrae et naturales, partim mutilatae.*

1 *Ouarium dextrum.*

2. 3. 4. *Tuba Fallopiana dextra:* 2 *pars eius ſuperior in fimbrias diſperſa,* 3 *pars inferior contractior.* 4. *Nodulus, in quem continuatur tuba.*

5 *Membrana ouarium cum tuba iungens et ligans.*

6 *Ouarium ſiniſtrum a conſueta figura parum aberrans.*

7. 8. 9. *Tuba ſiniſtra,* 7 *pars eius ſuperior, parum contractior naturali,* 8 *pars media et inferior, multum dilatata.* 9 *Nodulus, in quem continuatur.*


10 *Membrana ouarium cum tuba iungens et ligans.*

11. 11. 12. *Chordula imperuia, nodulos* 4. 8. *iungens, aortam, vbi in vmbilicalem arteriam tranſit, ſuperſcandens* 12.

13. 13. *Ligamenta rotundis vteri ſimillima, nodulis* 4. 8. *continua.*

14.

Fig 1.







Fig. 2.



14. 14. *Extremum peritonaei caecum, ſacci inſtar cauum, ſupra peluim extenſum.*

FIGVRA SECVNDA

Exhibet aortam cum arteria vmbilicali reflexam ſiniſtrorſum, vt continuatio eiusdem in ramum minorem, deinde ſubdiuiſum, et venae cauae extremum, abeuns in ramos ſub aorta, in conſpectum veniant.

A K L *Aorta cum arteria vmbilicali, ipſi continua, reflexa ad ſiniſtra.*

F G *Ramus ex poſteriore aortae parte emergens, quae eiusdem continuatio videtur, ex qua acute diuiſa emergit.*

H *Arteria iliaca dextra.*

I *Arteria iliaca ſiniſtra.*

h *Arteria ſacra, ex dichotomia* G *procedens.*

q q *Arteria lumbalis infima dextra, et ſiniſtra.*

δ ε ζ η θ *Pars inferior Venae Cauae, diuiſa in ramos, arterias concomitantes.*

δ ε *Truncus inferior ε dichotomus, vnde emergit.*

ζ *Vena iliaca dextra.*

η *Vena iliaca ſiniſtra.*

θ *Vena ſacra.*

F I N I S.

Joh. van Beverwyks Schat der gesontheydt, met versen vergiert door de heer Jacob Cats, ridder, d° der ongesontheydt. (2 delen. Amsterdam, J. Jacobsz Schipper 1656) f 2.- Douchy, 53 [illegible]

Cp.t/B